


142

121

~~Granada~~

~~28~~

339



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	4
Numero:	390

*del collegio della compagnia de Jesus de gramada. B.*  
**CHRONICON** R. 3724

FRATRVM ORDINIS  
PRÆDICATORVM.


IN QVO TVM RES NOTABILES,  
tum personæ doctrina, religione & sanctitate  
conspiciuntur, ab exordio ordinis ad hæc vtque no-  
stra tempora, complectuntur.

AVTHORE R. P. MAGISTRO FRATRE  
*Antonio Senensi, Lusitano, eiusdem Domi-  
nicane familiæ alumno.*



PARISIIS,  
Apud NICOLAVM NIVELLIVM, via  
Iacobæ, ad insigne Columnarum.  
M. D. LXXXV.

n 11825297


**C**OMPLURES philosophos suam vltro  
 olim reliquisse patriam, & studia in re- In li. de exili.  
 gionibus alienis infectatos fuisse magis  
 expeditè quam possent innatali solo, au-  
 thor est Plutarchus, vir longè doctissimus, & inter  
 hos Aristotelem refert solum suum Stagiricū de-  
 seruisse: Theophrastum ex Epheso exiisse. Strato-  
 nem ex Lampfaco. Idem de pluribus aliis tū Græ-  
 cis, tum Latinis referre possemus, & ex scriptura  
 sacra his associare valebimus Abrahamum & Ia-  
 cob, quòd non multum absimiles fuerint eisdem:  
 Quorum ille mandato Dei propriam fuerit ter-  
 ram egressus & cognationem, & in terram & gen-  
 tem incognitam profectus, multos annos pere-  
 grinatus est. Sed demum à Domino Deo admodū  
 celebris fuit & diues effectus, & multarum gentiū  
 pater. Hic verò fraterni odij rabiem effugiens, &  
 natale solum, ac dilectos relinquens parètes, Me-  
 fopotamiam profectus, & ibi fuit per non paucos  
 annos moratus, sed demum rediit turmis cū dua-  
 bus multisque diuitiis onustus, Iordanem transit,  
 quem antè solus cum baculo tranferat. His itaque  
 & similibus benedictionibus tum sapiētię & mul-  
 tarum rerum notitię, tum etiam cæterarum rerū  
 omnium conditor Dominus cohonestare voluit  
 istos & complures alios, vt eorum dōceret exem-  
 plo, non fore horrendam peregrinationem, cū  
 causa subest, vt illa suscipiatur. Memini equidem  
 Sophoclis, illius Græci sapiētię fama percelebris, Sophocles.  
 fuisse sententiam, optimum esse, si terram nunquā  
 a ij

expertus es alienam. Et illam particulariter quidē  
 funptam, verissimam esse & obseruatu dignissimam,  
 liberè & ingenuè profiteor. Sunt enim & fuerunt  
 sapius multi, quibus in alienarum gentiū mores  
 incidissenocuit plurimum: profuit verò nihil,  
 aut valdè modicum: qui curiosa tantam sectari,  
 aliena ab aliis gentibus, & quæ forent improbanda  
 meritò, imitari studuerunt, & tandem sine iudicio  
 & pessima quæque in ventrem animæ (qui memoria est)  
 recondere, & prauorum hominum exemplo prouocati,  
 opere cōplere nisi fuerūt, nec tanquā apes flores  
 optimos colligere curarunt, ex quibus mella conficere  
 possent: sed tanquam araneæ vnde venenum pararent,  
 & sine debito discretionis delectu & libramine  
 collegerunt ab exteris, quæ postmodū sibiipsis &  
 aliis adferrent perniciē, quæ nunquā imbibissent,  
 si se propriis continuissent limitibus. Si ille

Bohemius nouarū rerum curiosus sectator,  
 Angliam nunquam fuisset ingressus, illius pessimi  
 hæresiarchæ Ioannis Vviclephi Angli nunquam  
 fuisset infectus veneno, nec ex Angliā tanquā  
 thesaurum pretiosum illius opera perniciosissima  
 in Bohemiam reportasset, in suam propriam &  
 totius sui quōdam inclyti regni perniciem &  
 stragem mirabilem. Sit ergo peregrinatio in  
 exteris regionibus veluti ingressus in hortum  
 multis tum bonis herbis & fructibus, tum etiam  
 mortiferis constitum, qui uti viro cordato &  
 illarum rerum notitiam adepto concedi potest,  
 ita etiam non tali debet prohiberi, ne dum  
 horti amœnitatem quarit videre, mortem adferentium  
 fructuum, vel herbarū externa pulchri-

tudine delectatus, quod perimat, colligat, & degustet.  
 Prædictorum igitur & similibus ego æmulatus  
 exempla, candide lector, anno 1564 Lusitania relicta,  
 me Louanium cōtuli, & tam ibi, quàm quocun-  
 que diuersti, apud, non araneæ assimilari studui,  
 & quam pro mei ingenij potui exiguitate, Louanij  
 moram trahens nauauī operam in varia diuini Thomæ  
 Aquinatis nostri doctoris Angelici opera illustrando.  
 Decursis verò annis vsque ad iubilæi annū sanctissimū  
 1575, tum ut diuinarum spiritualiū illius anni Romæ  
 particeps fierē, tū etiā nisi ob causas, profectio-  
 nem in Italiam Louanio adorsus fui, & mihi accidit  
 quod in sole ambulantes solet sæpius euenire, qui  
 etsi aliam ob causam ambulent, sit naturaliter ut  
 & calore acquirant, & in colore immutentur: ita  
 & mihi contigit. Et quidē coloris mutatio (quippe  
 quæ in nostris actibus solet sæpius causari cum  
 quidpiā contristans nobis nolentibus, aut quidpiā  
 latum nobis nō sperantibus euenit, alio tamen &  
 alio modo) sit extra propositum: Calor tamē qui  
 me ob dictas causas proficiscentē affecit, fuit ut  
 etiam tunc otiosam non ducerē vitā, quinimo adin-  
 star quo solēt volucres utilitatis suæ causa nidus  
 fingere & cōstruere, & cū aliquid effecerint  
 leuandi sui laboris causa passim ac liberè solutas  
 opere volitare cōspicimus, & tūc etiā aptiores  
 sunt ut cōstructionē nidorū inchoatam perficiat:  
 sic etiam mihi à lectionibus & quotidianis exercitiis  
 regentiæ meæ Louaniensis soluto, & in profectio-  
 nem intento, in mentem subiiit Chronicon istud  
 nostri ordinis conscribere: & ita quocun-  
 que declinaui, tum communes,



tum priuatas Bibliothecas inspexi semper, etsi aliquid occurrebat meo proposito consonum, adnotabam: ex variis quoque authoribus qui de hac materia quidpiam attigerunt, & ex monumentis nostri ordinis aliquot excerpti, quæ ad hoc occurrerent opportuna. Et quidem ut liber in communem omnium utilitatem prodiret magis absolutus & gratus, oportebat ut sicut Eusebius Cæsariensis, dum martyrum Dei triumphos, gesta, & numerum voluit in vnum colligere, fuit Constantini Imperatoris adiutus auxilio: ita Reuerendissimi generalis magistri nostri ordinis & comitorum generalium ordinis opera & mandato curatum iri debebat, ut singulæ prouinciæ & portiones ordinis per earum moderatores particulares, certiorè me redderent de singulis quæ in eorum subiectis imperio partibus forent conuenientia ad huius Chronici nostri perfectionem. Et de præfato Eusebio scribit diuus Hieronymus, quod cum Cæsaream fuisset ingressus, Constantinus Augustus prædicto Cæsariensi antistiti dixit, ut quæ cuperet, postularer ab eo, suæ Cæsariensi ecclesiæ profutura. Eusebius autè solum id petiit, ut quidquid in Republica Romana gestum esset erga sanctos Dei per iudices iudicibus succedentes in vniuerso orbe Romano, sollicita perquisitio fieret & perferutatio, ac iussu Regio qui martyrum, à quo iudice, in qua prouincia, vel ciuitate, & qua die, & quo etiam passionis genere illi martyrij palmam obtinuissent, scriberetur, & ita horum omnium informatio ipsi Eusebio digereretur: petiit ergo id, & obtinuit, & inde tanquam idoneus relator,

ac diligens historiographus ecclesiasticam contexit historiam, omnium penè martyrum, omnium penè prouinciarum trophæa referens. Similis quoque fuisset in singulis prouinciis & portionibus in nostro ordine disquisitio facienda Reuerendissimi generalis totius ordinis iussu, ut posset hoc opus integrum prodire & perfectum. Sed dum hæc minimè curarunt superiores nostri, cum potuerunt: factum est (proh dolor) ut id nunc, (etsi velint,) minimè possint in multis prouinciis, quas vel in totum, vel magna in parte corruisse cernimus: ut in eisdem est collapsa quoque Christiana religio: in aliis verò in quibus adhuc Dei misericordia & monasticus ordo & Christiana religio consistunt, utinam vel saltem id efficiant. Ego etsi à nonnullis prouinciis aliquam rerum notitiam habere studui & sedulo conatus sum, illam minimè consequi potui: præsertim cum quæ mihi fuerant præmanibus, hæc procurandi cum in Italia erant, fuit mihi adempta comoditas, quæ ante nihil de illa cogitanti mihi fuerat oblata. Ideò hoc Chronicò, etsi ita cursim & properè collectum, in lucem dare decreui, ansam omnibus nostri sacri instituti alumnis & professoribus, ad quorum manus illud deueniret, præbere cupiens, ut eorum quisque vel suppleat quod in illo desiderari perspexerit; & corrigat quod in illo à me fuerit prætermisum, vel me admonere dignetur de illis quorum non fui hucusque consecutus notitiam, secundum classes in eo obseruatas & capita in illis disposita, ut sic illud in posterum prodire possit auctius & limatius. Ut enim nihil est in natura rerum omnium, ait

Cicero, quod se vniuersum profundat, & quod totū repente euolet, vnde omnia quæ sunt & quæ aguntur, acerrimè leuioribus principiis natura ipsa prætexuit: ita quoque in arte nihil est simul inuentum & perfectū, & ita vsu uenire quotidie videmus, etiā illa opera quæ iuxta Horatij consiliū per nouem annos, antequam prodirent in publicum, authorū suorum fuere prius contrectata manibus, successū tēporis ab eisdem augeri vel mutari, & in nonnullis iterum Lunā subire, & sic paulatim perfici, quæ in principio non potuerunt inuēta & perfecta simul prodire. Atque id supplex obsecro & obtestor per Christi viscera omnes instituti nostri religiosos, ac præsertim moderatores nostri ordinis, pro domus Dei decore, religionis nostræ ornamento, & cunctorū ædificatione, singuli in partibus sibi subiectis, singula quæ occurrerent ad hoc nostrū Chronicon ampliandū, vel perficiendum opportuna, secundū classes in eo distinctas diligenter obseruare dignentur, vt illud tunc possit magis auctū & correctū in lucem emitti, & maiorem tum fructum, tum etiā vtilitatē ex illius lectione consequantur vniuersi. Nāque vt stomachus ex vno solūm cibo grauatur & fastidiū incurrit, sed ex diuersis recreationē suscipit: aures etiam vno sono obturantur quodāmodo, sed diuersis recreantur amplius: sic quoque in cibo animæ, qui est veritas, accidit: nam vnus rei lectione cōtinua grauatur lector: diuersarū verò rerum tractatu & lectione, qualis in hoc nostro Chronico cōtinetur, reficitur haud dubiè. Si verò aliqui fuerint, qui cibos alios quibus illi libenter vescerentur, à me pa-

rādos vellēt, illi memores illius prouerbij veteris, qui thura non habent, mola salsa litent, eos quos nunc offero, nō aspernētur, sed gratanter accipiāt. Nec enim in gazophylaciū ecclesiæ omnes omni tēpore æra æqualia mittere solēt, sed quisque pro viribus & tēporum ratione illā iuuare satagat. Nā & vt adnotauit D. Hiero. in præfat. super lib. reg. in templo Dei nostri vnusquisque offert quod potest, alij aurū & argentum & lapides preciosos, alij byssum & purpurā & coccū offerant, & hyacinthū, nobiscū verò bene agetur, si obtulerimus pelles, & caprarū pilos, &c. sic etiā. Et sicut idem D. Hieron. dum vitā Malchi captiui monachi scribit, ait, quòd antequam ad grauiora conscribendū veniat, prius exerceri vult in paruo opere & veluti quandam rubiginem linguæ abstergere, & quod in eo se habet adinstar quo qui nauali prælio dimicaturi sunt qui antè in portu & tranquillo mari flectūt gubernacula, remos trahūt, ferreas manus & vncos præparāt, &c. vt quod in simulachro pugne didicerint, in vero certamine nō perhorrescant, sic & ille &c. sic quoque & ipse de me in præsentiarū dixerim. Accedit etiā, quòd prius domesticorum habere respectum volui, & quæ possunt & debent esse gratiora cibaria illis cū quibus est mihi vna cōmunis professio & regularis vita, quā aliis qui aliis delectantur cibariis, operæ precii duxi mensam instructam exhibere. Et ideo qui his minimè delectatur, non propterea meum superuacaneum putent laborem, vel carpant, & vt neque illud subtriceam quòd Cicero refert, quòd Caius Lucius, homo doctus & perurbanus, consueuerat inter-

dum optare, vt quæ ipse scriberet, neque à doctissimis, nec ab indoctissimis legerentur, id ego etiã forrè in præsentiarum optarim. Nam doctissimi plerique sibiipsis detractũ putant, & suæ æstimationi decedere arbitrantur, si aliorum labores cõmendatione dignos prædicent, vel testentur, vel legant, indoctissimi verò, vel quia talis cibus eorũ non sapit palato, vel quia ob ingenij, eruditionis, & industriæ inopiã solent sapius probare solũ ea quæ minimè probanda forent, & reiicere quæ amplexari deberent, dicentes bonum malum, & amarum dulce, &c. meritò quisque potest optare suorum operum non habere lectores, ex aliis verò possum quoque vereri lectores non semper æquos futuros: siquidem res est difficilis & non modici odij periculo exposita, sic illustriũ virorũ ordinis catalogum conscribere, vt etiam ad eos qui in viuis degunt descendatur: siquidem plerique erunt qui commendationes suas & aliorum per affectus proprios metientur, & me aliquando nimium in eisdem, interdum verò verborum parcũ arbitrabuntur, & conquerẽtur, forsã quòd aliquos prætermiserim, & alios in illo reposuerim. Sed veniã dare dignabuntur qui me in talibus, vel in aliis lapsum fuisse aliquando deprehendent: si eorũ sit iusta querela, conabor, vt in editione altera id corrigam. Superest autem, vt illud protestor ingenuè, me in hoc nostro Chronico neminem cõmendare velle qui non sit commendandus meritò: & idẽ de operibus authorum quæ refero, dictum sit. Nã si forsã personæ aliquæ, vel opera nonnulla habeant resperfa aliqua improbãda meritò, minimè

commendare intendo quod laudẽ nõ promeretur: quod ideo dixerim, quoniam mihi semper displicuit summoperè, quòd scriptores nonnulli personas aliquas omni dubio procul multa vituperatione dignas minus cautè multis encomiis effecerunt. Onufrius in suo Chronico ecclesiastico ad annum 1536. ait: Erasmus Roterodamus vir clarissimus Basileæ obiit: & Marcus Gazo in sua historia quam scripsit Italicè de rebus ab anno Domini 1524. gestis, vsque ad annum 1552. etiam eiusdem meminit inquiring, obiit Erasmus, vir integerrimus, & pro sua virtute, æterna dignus memoria. Quis rogo Catholicus æquo ferat animo, vt talis homo tam parum pius, quin potiùs adeò impius, & zizaniorum disseminator maximus, ita celebrari debeat? plura ad istud propositum subiungere nũc prætermitto, quoniam in meo Chronico quod ab anno Domini 1000. vsque ad hunc 1584. paro, rerum omnium memorabilium ad annum Domini 1536. ampliorem huius rei mentionem facio, & plura ad propositum exempla subiicio. Inter illos igitur viros quos tanquam doctrina conspicuos in hoc meo Chronico encomiis effero, vel eorum litterarios sætus, etsi quis sit commendatione indignus, quod me forsã lateat, ingenuè & liberè profiteor, quod nihil malum bonum, & amarum dulce dicere volo, aut vituperio dignum commendare: neque prauam doctrinam aut illius authores suscipere, sed in omnibus & per omnia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ iudicio, & me, & mea omnia subiicio, & totum hoc meũ Chronicon. Vale candide lector.

## BEATI QUI IN HOC NOSTRO

Chronico referuntur, eodem ordine  
seruato quò ad tempora.

1216. vsque ad 1230.

**B. Pater Dominicus** ordinis in-  
stitutor.

**B. Reginaldus** de S. Aegidio  
Anvelianensis

**B. Ioannes Vincentius**

**B. Conradus** martyr

**B. Laurentius** Anglus

**B. Manes** Hispanus

**B. Dominicus** patris nostri Do-  
minici socius

**B. Xerounus**, aliis est Iacobus  
Suton.

1230.

**B. Nicolaus**, & **Ioannes Hun-**  
**gari** mart.

**B. Berengarius** Craconiensis,  
mart.

**B. Bartholomaeus** Cernerius  
mart.

**B. Paulus Hungarus**, & duo so-  
cii mart.

**B. N. Bonifegna** martyrr

**B. Ioannes Vincius**

**B. Salomon** Teuto

**B. Volandus** Teuto

**B. Guinandus** Teuto

**B. Helgerus** Teuto

**B. Conradus** Teuto

**B. Bertrandus** Gallus

**B. Iordanus** Saxo

**Beatus Rolandus** Cremonen-  
sis

**Beatus Moneta** Italus, Cremo-  
nensis

**Beatus Aegidius** Odomarenfis,  
Flander

**B. Odo**

**Beatus Conradus** alter à predi-  
cto.

1240

**B. Gulielmus** Arnaldi mart.

**B. Bernardus** de Rupe forti,  
martyr

**B. Garcias** de Aura, mart.

**Beati sex** pro Christo occisi in  
provincia Tholosana, vni etiã  
dicti fuere

**B. Pomius** Hispanus veneno  
occisus fuit pro fide Chri-  
sti.

**Triginta duo** religiosi nostri pro  
fide Christi à Turcis fuerunt  
occisi

**Duo** nostri religiosi apud Cu-  
manos pro Christo fuerunt è  
medio sublati.

**B. Alberius**, aliis est **Adriannus**,  
Prior existens vnus conuen-  
tus cum viginti sex fratri-

bus suis à Turcis fuit pro fi-  
de Christi occisus  
**Beatus Maurinius**, aliis est **Mu-  
tius**.

**B. Henricus** Teuto

**B. Pellagius** Porungallus

**B. Petrus** Gundissaluis

**B. Bernardus** qui est in Portu-  
gallia in Sancterenensicon-  
uentu sepultus.

**Beatus Petrus** Sendere Hispanus

**B. Suardus** Papiensis

**B. Petrus** Gercha, aliis **Cerca**,  
Brito

**B. Soror** **Diana**.

1250.

**B. Petrus** Veronensis, mart.

**B. Dominicus** qui erat illius so-  
cius, mart.

**B. Ioannes** Solernitanus.

**B. Hyacinthus**, aliis **iacintus**,  
vel **iacius**.

**B. Ceslaus** illius & **Hermolaus**  
aut **Hermanus**, illius socij.

**B. Gundisaluis** de **Amarantho**,  
**Lusitanus**.

**B. Laurentius** **Mendez**, etiam  
**Lusitanus**.

**B. Ioannes** **Teuto**, qui fuit quar-  
tus ma. ordinis.

**B. Ioannes** **Sterlinus**

**B. Ismaraldus**.

1260.

**Huc** referunt aliqui illos 92.  
religiosos, quos anno domini

1240. collocanimus, & pro  
Christo interfectos diximus,  
& Pontium Hispanum si-  
militer.

**B. Bartholomaeus**, & **Antonius**  
**Pauo** pro fide Christi occisi.

**B. N. Hungarus** nobilissimus  
pro Christo domino interfici-  
tur.

**B. Dominicus** Segobiensis

**B. Romaus** Cathelanus ex op-  
pido **Cerdano** prope **Podium**.

**B. Guilelmus** **Sisachus** **Burde-  
galensis**

**B. Bernardus** **Cantius**.

**B. Bernardus** de **Transuersa**.

**B. Dominicus** de **Valerica**.

**B. Gualterus** aliter à prænomi-  
nato.

**B. Conradus** **Alberti** magni ne-  
pos ex sorora

**B. Pontius** de vico. **Aegidij** in  
**Tholosana** prouincia.

**B. Chalberrus**, aliis **Albertus**,  
**Allobrogus**.

**B. Guilelmus** **Teuto**

**B. Laurentius**

**Beatus Gilius** sine **Aegidius**,  
**Lusitanus**.

**Beatus Bartholomaeus** **Vincen-  
tius**.

1270.

**Beatus Guido** **Longimellus**,  
mart.

**B. Christianus** cum quatuor so-  
ciis mart.

**Beatus Paganus** **Bergomensis**,  
mart.

B. Sadoch Polonus cum 48. religiosis aliis pro Christo domino occisi fuerunt.

B. Franciscus de Tolosa, Mart.

B. Thomas de Aquino.

B. Raymundus de penna forti Barchin.

B. Adrianus cum 26. fratribus pro Christo domino fuit interfectus.

B. Bernardus pro fide Christi occisus.

B. Ioannes Hungarus & illius quinque socij pro fide Christi occisi.

B. Petrus de Caderecla, in Cathelonia.

B. Mauritius ex regum Hungarie sanguine ortus.

B. Robaldus.

B. Henricus Colonienfis.

B. Anibaldus, vel Hamibaldus.

B. Hugo de sancto Charo.

1280.

B. Albertus magnus, Sueuus.

B. Ambrosius de Senis.

B. Ardigonus Tediolanenfis.

B. Robertus de Saxonia.

1290.

B. Latinus de Frangiapanis.

B. Nicolaus & Thomazellus.

B. Gualterus quartus huius nominis.

B. Conradus etiam quartus huius nominis.

B. Guilelmus.

B. Bricius Anglus.

1300.

B. Iacobus à Mewanja.

B. Benedictus II. summus pontifex.

B. Augustinus Hungarus.

B. Ioannes de Allodiis.

1310.

B. Iacobus de Venetiis.

B. Robertus.

B. Iordanus Pisanus.

B. Bartholomeus Armeniae de-  
cus.

B. Simon ex oppido s. Archangeli, Italus.

1320.

B. Henricus, & Henricus, Teutones.

B. Nicolaus de Iuuenatio.

B. Ioannes & Issuardus Vicen-  
tini.

1330.

B. Iacobus (alvis est Gerardus) ex monte Politiiano.

B. Iacobus de Benefactis.

B. Iacobus Sextius.

B. Helena sanctimonialis nostri ordinis in Hungaria.

B. Margareta filia regis Hungarie nostri ordinis sanctimonialis.

B. Agnes soror nostri ordi. prope Castrum montis Politiiani.

1340.

B. Venturinus Bergomensis.

B. Henricus Suso vel Sijus, Teuto.

B. Petrus Alemanus.

B. Gualterius de Neiffembourg.

1350.

B. Nicolaus Holandinus, conuersus.

1360.

B. Henricus Sueuus, Suso vel Sijus dictus, & etiam Ammandus.

B. Catherina de Senis.

B. Albertus Allobrogus vel Sabaudus.

1370.

B. Helias Lingonenfis, Gallus.

1380.

B. Catherina Senensis obiit.

1390.

B. Robertus Neapolitanus.

B. Marcolinus Forluisenfis.

B. Hieronymus Fulgineus.

B. Nicolaus Ravennas.

B. Petrus Lar Teuto.

B. Petrus etiam Teuto.

B. Agnes secunda, ad differentiam prima.

B. Vana. } B. Ioanna.

B. Daniela. } B. Pina.

B. Margareta. } B. Maria.

B. Catherina secunda.

B. Brigida.

1410.

B. Thomas Carnicerius, sonat idem quod Lanio.

B. Vincenius Valentinus.

B. Ioannes Dominici.

B. Petrus Caralt.

1420.

B. Conradus de Brixia.

B. Conradus de Perugia.

B. Vincentius Portugallus.

B. Iofrius Blanes.

B. Blasius discipulus sancti Vincentij.

B. Petrus Cerdanus, Cathelanus.

B. Anselmus, Hispanus.

B. Lucia, soror nostri ordinis sanctissima.

B. Anna de Camerino.

B. Angela.

1430.

B. Petrus Hieremia Siculus.

1450.

B. Antonius de Ripulis, Martyr.

B. Damianus Finariensis.

B. Laurentius de ripu fracta Pisanus.

B. Antonius ex oppido Sancti Germani.

B. Christophorus mediolanensis.

B. Stephanus Bandellus.

B. Andreas de Pefcharia.

B. Hieronymus Fulgineus.

1470.

B. Mathans Carrerius Manzuanus.

B. N. Fabrianensis.

B. Romcus Cathelanus.

1480.

Fr. Antonius de Sancta Maria Lusitanus.

B. Sienos Dacus.

B. Ioannes Lazarus.

1490.

B. Iacobus Alemanus, religiosus conuersus.

B. Sebastianus Brixienfis.

B. Iacobus Sextius.

B. Augustinus de Busella.

- B. *Marcus Murinensis.*  
 B. *Ioanna filia regis Portugallie.*  
 B. *Osana.* B. *Sybillina.*  
 B. *Lucia Narniensis*  
 B. *Columba*

1500.

- B. *Petrus Gallus*  
 B. *Hieronymus Veronensis.*  
 B. *Arnoldus Portugallus.*  
 1510.  
 B. *Matthias conuersus Hispania.*  
 Soror *Maria de s. Dominico.*  
 1520.  
 B. *Raimundus Tholosanus.*  
 B. *Franciscus Cordubensis pro Christo occisus.*  
 B. *Petrus conuersus Portugallus*  
 B. *Ioannes Licho Calabensis.*  
 B. *Thomas de s. Maria Hispanus.*

1530.

- B. *Dominicus de monte Maiori causa religionis pro Domino occisus.*  
 B. *Amator illius socius similiter.*

1540.

- B. *Vincentius de Valle viridi in insula del Peru pro Christo occisus.*  
 B. *Antonius etiam ibi in Indiis pro iustitia à scelerato Hispano quodam occiditur.*  
 B. *Dominicus & illius socius in eisdem Indiis ab Indis pro Christo occiduntur.*

1550.

- Fr. *Ignatius de purificatione in Indiis Orientalibus non sine magno sanctitatis nomine.*  
 B. *Ioannes Micho. Aragonensis*

1560.

- B. *Ioannes Pichardus, & Ioannes Fegem pro Christo ab hereticis occisi.*  
 B. *Leonardus Talasij, & Augerius de monte Alio, Galliciam pro Christo occisi.*  
 B. *Raimundus de Plano ab illis etiam fuit crucidatus.*  
 B. *Ioannes Fargalli, & Antonius de Rosit, & Ansonius Viriliens hereticorum causa periere.*  
 B. *Laurentius Franconi, & Robertus de Bellonisu ab eisdem hereticis interfeciti sunt.*  
 B. *Robertus Culuannus Ebroicensis conuentus, & Petrus Meretus conuentus Clavomontensis etiam pro Christo mortem passi.*  
 B. *Hieronymus de cruce Portugallus in Orient. Indiis ab infidelibus occisus fuit.*  
 B. *Antonius Pestana Portugallus etiam in eisdem Indiis Orient ab infidelibus pro domino Deo interfecitur.*



## PRÆFATIO.

**V**SITATVS admodum mos est apud mortales, qui sunt potentia & nobilitate præstantes, ut interdum & uxoribus suis, si quando eas ex media plebe accipiant, honorificos titulos imperantur, & nomenclaturas egregias quibus appellantur, suis communicent famulus, eas à sua familia vocantes *sousas*, *melos*, *mendocas*, & similibus titulis, liberati & gratuita donatione cohonestantes: sic quoque qui est omnium dominantium dominus, quam accepit sponsam sanctam matrem ecclesiam, magnificauit magnoperè, multiplicis generis varietate circūdedidit, & vestitu deaurato ornauit, & illi sic nomina aliqua tribuit, ut sint veluti nota & signa egregia quibus illa à quibus suis synagogis sathana discernitur & separatur. Quod enim in ea tantummodo sit salus, & extra illam non nisi salutis dispendium, ut etiam extra Noë arcam non nisi perditio; quod catholica sit & vniuersalis per totius orbis partes diffusa & propagata; quod sancta sit; & columna ac firmamentum veritatis; an non hæc & similia symbola sunt præclarissima, quibus illius nobilitas monstratur & decor, & illa à congregationibus malis, & quas Deus odio habet, se iungitur: sic quoque qui fuit *dux gentium datus*, ut esset salus Domini, & seque ad extremum terræ, & se lucem mundi dixit, etiam à apostolis suis hanc nomenclaturam & plerisque alias concessit, neque sibi perire credidit aliquid, si

ad Rom. 12.  
1. Corinth. 12.

illas suis tribueret: inde est etiam quòd sicut in naturali corpore (qua similitudine frequenter Apostolus vtitur) sunt quedam membra nobiliora alijs, & pro diuersis officijs deputata, vt ad videndum oculi, ad audiendum aures, pedes ad ambulandum, & ita in alijs: sic quoque in ecclesiæ corpore sunt pro diuersis functionibus ecclesiasticis obeundis constituta varia ecclesiæ membra, & ob id etiam Apostolus Paulus dicit, quòd in ecclesiâ dedit Deus quosdam Apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, quosdam doctores & pastores: & varia esse spiritus dona, quantum spiritus idem semper permaneat, & multa gratiarum genera in multos distributa, tanquam diuersa munia aptissimè disposita & ordinata à Deo in magna domo, qualis est ecclesiâ sancta: docet ille idem diuinus magister gentium, qui euangelium, non ab homine, nec per hominem didicit, sed per reuelationem Iesu Christi, Apostolus Paulus. Et sicut in ea vnica aula, quam in prima creatione rerum Deus condidit, id est, in mundi machina, ad instar angulorum præcipuorum quibus illa innititur, vt fixa permaneat & stabilis, partes quasdam disposuit: sic quoque in ecclesiastica domo, qui illius bases forent & columnæ. Et quemadmodum scriptura diuina, dum tabernaculum quod Dominus facere iussit, describit, à Domino refert mendatum, vt tentorium fieret in introitu tabernaculi de hyacintho & purpura, coccoque bis tincto & bysso retorta, opere plumario, & quòd quinque columnæ fierent, ante quas duceretur tentorium: sic quoque ecclesiæ domus in illa pulchra colorum varietate qua tentorium contextum legitur, diuersis virtutum coloribus ornata designatur, vt ibidem venerabilis Beda prosequitur. Columnæ etiam ecclesiæ, vt ibidem tentorij erant, rectè sancti intelliguntur apo-

Beda.

stoli, pastores, & doctores, & similes, eo quòd huius ecclesiasticæ domus ferre videntur pondus, & illis possissimum huius ædificij totius structura inniti videtur. Vnde quando apud Iob legimus, columnas celi contremiscere & pauere ad nutum eius, & incuruari qui portant orbem, eosdem non incongruè accipimus qui diuina gratia fulgent, & propter hoc ac diuinæ veritatis quam prædicant fulgorem & meritorum magnitudinem & excellentiam, quibus apud Deum magni sunt & potentes, orbem portare, & ecclesiasticæ domus columnæ esse, ac dici procul dubio merentur: Dum enim orbem ne pereat ac ruat, meritorum fortitudine sustinent, peccatricem quoque terram baiulare & sustentare, tum doctrinæ, tum vitæ & conuersationis sanctæ exemplo student, an non tanquam columnæ quibus structura magna innititur corporalis, se habent? Qui etiam omnia portat verbo virtutis suæ omnipotens Deus, vt inquit magister gentium, in terris quoque habere voluit qui orbem portare possent ac deberent. Et sanè dum Moyses dicebat, vniuersi populi pondus super se impositum, columnam se esse illius, liquidò ostendit. Paulus quoque dum grande pondus euangelij ferebat, inter gentes etiam omnium ecclesiarum sollicitudinè gerens, ritè & orbis pondus ferre, & ecclesiasticæ domus esse columna dicitur. Quod non latebat qui Petrum, Iacobum, & Iohannem, columnas vocauit ecclesiæ: Et meritò quæ columna dicitur, & est, ac firmamentum veritatis sancta mater ecclesiâ, etiam eosdem suos vult apostolos, prophetas, & doctores columnarum & firmamenti nomenclatura gaudere & insigniri. Porro vti in corporalibus structuris reperiuntur interdum columnæ necessaria, vt structura possit omni consistere: alique vero ad ornatum solummodo, non ad necessitatem erigi

Iob. 9.

Ad Hebr. 1.

Deuteron. 1.

ad Gal. 2.  
ad Philip. 3.

solent, ut scilicet per illas ædificia speciosiora reddantur, sicut quæ in templi Salomonis vestibulo erant, & illud pulchrius redderent. sic quoque in hac Dei auli ecclesiastica post filij Dei de cælis ad terram descensum, Apostolos, Evangelistas, Doctores & Pastores, quos in illa disposuit, ut columnas necessarias consideremus; Prophetas autem, si quando Agabus, vel quis alius talis memoretur, ut columnas ad ornatum maiorem, nihilo vero aberrabimus. Si tamen Prophetas accipiamus, non solum qui futuram filij Dei incarnationem, & ad illam spectantia annuntiarunt, sed etiam eos, qui ventura regni cælestis gaudia predicant; & qui diuina in sacra scriptura, & abditâ interpretantur, & explanant; & in ecclesiæ scripturas, proferunt: sicut etiam Evangelistas dicamus, quasi Evangelij sacri explanatores; & illos inter necessarias columnas locabimus. Quæ ratione ergo Dominus Deus suis famulis, & sua sponsæ ecclesiæ sanctæ præfatos honorificos titulos impertit, eamque multiplicium officiorum varietate ornavit, ad consummationem sanctorum in opus ministerij in ædificatione corporis Christi, donec occurramus omnes, & c. etiam illa non dedignabitur sua symbolis, & suorum etiam familijs aliquos ex illis que intra eam concluduntur commodare. Est autem talis Dominicana familia, vna non ex minus præcipua ecclesiæ portionibus, quam & veluti domum magnam, quam multiplicium functionum varietate fulgidam & coornatam & officiorum diversitate dispositam nos considerare posse quis ambiget? Nam uti in creatione rerum post opera sex dierum quasi Dominus Deus vellet summarium complecti eorum omnium quæ fecerat, hominem condidit, quem proinde grauissimi authores tum Latini, tum Græci microcosmon, id est paruum mundum

dixere. Rhetores quoque postquam per horas aliquot multa diffusissime tractant & perorant, epilogum facere consueverunt eorum omnium quæ late prosequuti fuerunt; in opere etiam redemptionis post peraque alia à Domino mirabiliter patrata, quasi epilogum omnium fecit redemptor quæ pro salute nostra operatus fuerat in medio terræ, in eo quod seipsum nobis dedit in escam; quod David prophætico spiritu capiens; dixit, Memoriam fecit mirabilium suorum misericordis & miferator Dominus; escam dedit timentibus se: sic quoque quod in hac vel in illa ecclesiæ portione per modum diuisdam epilogi consideremus interdum quæ exactius de toto dicuntur ecclesiæ corpore, uti etiam in homine mundi fabricam: & in conclusione Rhetorica totius orationis summam, nihil videatur officere, ita ut hæc Dominicana familia sit vna, sit sancta suo modo; sic & reliqua consequenter quæ de ecclesiâ dicuntur, & sicuti Deus in eadem ecclesiâ quosdam posuit Apostolos; alios Prophetas, alios Evangelistas, quosdam Doctores & Pastores, & c. ita quoque in hac diuini Domini familia hos gradus varios consideremus sibi quodammodo accommodatos, & secundum eos, classes distinguamus, ut ad eos qui sunt & fuerunt religionis nostræ columnæ præcipuæ & veluti bases, nostri ordinis pondus portantes, & suorum meritorum magnitudine & excellentia huius familiæ corpus illustrantes, possimus reducere, unde iuxta hanc diuini Pauli Apostoli graduum distinctionem, ipse quinque capita distinguenda putauit, quibus quinque classibus virorum illustrationi nostri ordinis sextam adiunxit, ut non solum eos, quædam ecclesiâ inter diuos referunt, complecterer, sed etiam amicos, alios, quos sanctitatis splendore præcellentes fuisse, & miraculorum virtute coronasse, litterarum

Psal. no.

ab hoc  
et ab  
et abet ab hoc  
et ab hoc  
et ab hoc



monumentis proditum legitur. Eos autem Apostolos ordinis voco qui sicut Apostoli Christi, fidem illius ubique disseminarunt, Christi cognitionem hominibus inculcarunt, & ecclesias erexerunt, & iam erectas domus in templa Christi consecrarunt: sic quoque Apostolos ordinis, qui ad illorum instar Euangelium annuntiarunt, & potissimum vitæ probatæ conuersatione huius nostri ordinis notitiam mundo inculcarunt, & reliquâ Apostolica munia adimplentes, conuentus nostri ordinis fundarunt, aut postmodum religionem alicubi collapsam diligenter instaurarunt, Prophetarum verò dum seriem texo, Prophetas voco, non quatenus scripturas in ecclesia proferunt & explanant, sed quatenus Prophetæ dicitur, qui ea quæ procul sunt à cõmuni hominum sensu fatur, siue ea illius propriam personam tantùm qui talia prædixit concernant, siue aliorum etiam. Et fieri potest, quòd aliquando prophetarum vocabulo vtar largiùs, prout etiam diuus Thomas nonnunquam accipit. Euangelistas ordinis voco, qui Euangelij sacri expositores fuerunt, & illud populo viuè voce cum laude & multo animarum fructu annuntiant, vel annuntiarunt, & eo in munere obeundo sunt vel fuerunt præclari. Dum verò his classibus sex præmitto, caput, quo in quavis decade notabilia ordinem concernentia cõplector: omnia consurgunt capita, ex quibus liber primus conflatur quem librum in quatuor secula, quibus iam ordo noster habet esse, partiendum putavi & unumquodque seculum per decades, ut sic distinctè unaquaque secundum classes prædictas, illustres ordinis viros comprehenderem. Seculum autem intelligo sicut diuus Thomas, aliquando, Origenem & alios sequens vtitur, spatium remanentium, nisi quòd primum seculum in octo decades

secunda seculum  
de q. 95. art.  
2. & q. 174.  
art. 6.

Seculū qualesp  
le spatium tē  
poris conti  
net.

distribuitur tantùm, & postremum in totidem: duo verò intermedia suas decades habent completas: & ita triginta sex consurgunt in totum. Eidem libro primo secundum coniunxi, in quo Trithemij de script. ecclesiast. ordinem imitatus, religionis nostræ tantummodò authores qui aliqua conscripserunt, in posteritatis gratiam & eorum opera recenseo, eamque propterea bibliothecam nostri ordinis vocare placuit. Si verò quispiam sibi obijciens, quòd idem Trithemius abbas scribat, usque ad sua tempora ex ordine diui Benedicti octodecim fuisse summos pontifices, ducentos Cardinales & ampliùs, Archiepiscopos mille & sexcentos, quatuor millia autem, aut circiter, eorum qui episcopali dignitate fulserunt, & sanctorum quindecim millia sexcentos: & Illeschius Hispanus in sua pontif. historia, dum agit de Paulo quarto, etiam quadraginta sex ex tali ordine diui Benedicti summum pontificatum tenuisse referat, & multo plurium virorum illustrium contextat catalogum, & propterea quòd nostri chronici sit virorum talium multo minor numerus, misisset: is quòd diui Benedicti religio sit in Dei ecclesia, quàm nostra antiquior per septem aut octo centenarios annos & ampliùs, consideret, & quòd est multo amplior numerus huiusmodi insignium virorum nostri ordinis, quàm mihi raptim huic chronico animum applicanti inuestigare licuit, & perquirere.

a iij



COMMVNIA PRIMÆ  
OMNIVM DECADIS.

**A** **P**ISSIMVS ille totius clementiæ parens & sapiens medicus, qui solet à mortifero serpente saucijs mox opportunū præparare remedium, & contra mortifera sathanæ vulnera antidota salutis obijcere: cùm annus ageretur salutis humanæ tertius, aut circiter, supra 1200, Cathedram Petri tenente Innocentio tertio, & in Tolosana prouincia hæreticorum Albigenſium hæresis, à paucis tunc tempore exorta, admodum desauiret, & maiores in dies vires sumeret, totūque Christianus orbis ignorantæ tenebris & prauis moribus teneretur: uti olim contra Nicolai, Cherinthi, Arrij, Sabellij, & similia hereses, viros suscitauit diuinos qui pro domino Dei dimicarent viriliter, & se opponerent contra infernalium assertores dogmatum: sic quoque in prædictæ Albigenſium hæresis extirpationem, & aliarum quas postmodum insurrectiones præsciebat, quendam virum secundum cor suum suscitauit, ut militiæ cælestis contra spiritus tenebrarum exercendæ dux esset & pater cuiusdam Christi equestris ordinis, qui doctrina & alijs spiritualibus armis Albigenſium & quorumuis hæ-

reticorum impetus ferret, insultus reprimeret, technas detegeret, lupos inferni à Christi ouibus arceret, & tandem mundum in fide & moribus plurimum collapsum restauraret, & illum insipidum effectum conuersationis sanctæ sale condiret, & ab ignorantæ tenebris doctrinæ sanæ radijs illustraret. Is fuit gloriosus pater Dominicus, ordinis Prædicatorum dux & pater inclytus, & multiplicis generosæ sobolis multis charismatibus diuinis coornatæ parens egregius: ut per suos nomen Domini vsque ad vltimum terræ portetur.

**B** Si autem nosse quis cupiat quonam modo vir Dei in Albigenſium regionem deueniret, & se totum in illorum salutem deuouerit, is sciat, quod anno Domini 1202, Rex Castellæ Didacium, Episcopum Oxoniensis ecclesiæ misit in Daciam, communium negotiorum, eorundemque grauiū causa; qui beatum Dominicum sibi socium adiūxit itineris. Negotijs ergo illis ibidem, & alijs Romæ feliciter absolutis, dum Roma proficiscuntur in Hispaniam, in Tolosana prouincia apud Montem-peſſulanum inueniunt legatum apostolicæ sedis cum duodecim Abbatibus Cisterciensis ordinis in Albigenſium reductione ad fidem non segniter laborantem. Conatus hic summopere placuit ambobus, & sese socios illis coniungere decreuerunt, sed ut melius optatum possent consequi finem, illius fuere sententiæ, ut scilicet omni reiecta pompa pedites, & voluntariam paupertatem amplectentes, huic negotio intenderecōtinues, ut quod lingua proponeret, persuaderet officacius vita. Placuit consilium legato & Abbatibus, & illud amplectentes, per duos, aut circiter

Omni pompa reiecta dū verbum Dei prædicatur melius suscipitur.

annos, illi negotio sedulam nauarunt operam: quibus decursis, legato, Abbatibus, & prædicto Episcopo ad propria recedentibus, beatus pater Dominicus in eadem perdurauit muneris functione, & paulatim aliqui sese illi socios adiuxere.

**C** Prædictus ergo pater Dominicus totus zelo exestuans salutis animarum, quas vnigeniti filij Dei sanguine redemptas nouerat, & luporum infernalium rabie miserrimè dilaniari videbat, in Tolosana prouincia modis omnibus in castra sathanæ ibi posita impetus faciebat strenuos; & quoniam præcipua machina qua peruersorum debellatur acies, est vitæ integritas; & potentia maior verbo vitæ annunciato accedit. si virtus nõ desit in opere: vitam suam in omnibus ad Euangelij normam studuit adaptare, vt nihil aliud, quam quod Christum saperet crucifixum, vt corde, ita & ore & opere gestaret: & sic in eum illud Pauli ritè quadrabat, *Viuo ego, iam non ego: uiuit uerò in me Christus.* Et tali medio vsus, semper salutis animarum feruidus incubuit per duodecim annos, diurnum tempus prædicationibus faciendis, exhortationibus sanctis, & confessionum audientis, aliisque piis impendens operibus; nocturnum uerò orationi & contemplationi tribuens, mortalis uerò corporis necessitatibus partem minimam concedens.

**D** Dum uerò illud tempus totum multo cum fructu proximorum salutis euangelizandi munio obis, & aliquos etiam suo exemplo ad idem prouocat, allicit, & sibi socios iungit, diuino ad id numine motus, mente concipit, ordinem institueret, qui prædicatorum diceretur, & esset, cui

Vitæ probitas  
machina effici-  
eas ad super-  
randi malos.

10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

non solum propria salus, sed etiam proximorum curæ esset, & is foret illius scopus præcipuus. Quem conceptum vt Innocentio tertio summo pontifici aperiat, & ab eo approbari petat, Romam proficiscitur, Qui primò petitioni eius non condescendens, vt illi acquiesceret fuit diuinitus uisione tali admonitus. Nam in somnis agens, uidit quòd Lateranensis Ecclesia grauem admodum minabatur ruinam, & quòd vir Dei Dominicus ex aduerso ueniens, ne corrueret, suis humeris supportis impediabat. Quo signo euigilans, summus pontifex intellexit, diuino fieri nutu quod ab eo vir sanctus petebat. Ideoque eius petitioni mox annuit, hortas nihilominus eum, vt ad fratres suos Tolosam rediret, & regulam aliquam sub qua militarent omnes, eligerent approbatam: & quod tunc petitioni eius in integrum faceret satis. Paruit uir Dei, sed interea Innocentius tertius Perusij è uiuis rapitur, & qui ei successit Honorius tertius, ordinem confirmauit, Anno Domini 1216. 11. Calend. Ianuarij, altera sancti Thomæ Apostoli, quasi ipsius diei circumstantia uoluerit etiam dominus commonstrare, hunc ordinem institutum ad confirmandum eos in fide, qui cum Thoma Apostolo in illa adhuc infirmo dubitarent; uel forsàn ab illa exciderent: vt sic alios reddendos fore ab illo infidelitatis statu doceretur ab illius instituti professoribus, quorum ordo altera Di Thomæ confirmatione suscipiebat ab apostolica sede.

Eodem tempore quo uir Dei Dominicus feruidè euangelij prædicationi insistebat, etiam fidelium deuotioni suggestit, pium illum precandi modum Rosarij beate uirginis: ut etiam illa qua

Sumus Pont.  
diuinitus mo-  
netur ordinem  
prædicat. ap-  
probare.

**E**  
Rosarij B. uir-  
ginis B. pater  
Dominicus  
auctor cre-  
ditur.

olim cunctas hæreses sola interemerat, fidelium deuotis excitata precibus, intercessione sua illam quæ tunc serpebat, dignaretur extinguere: vt sic zizaniis falsæ doctrinæ emortuis, sacræ doctrinæ succresceret triticum. Licet autem hunc precandi modum Polydorus Virgilius ad annum 1073, referat, à patre quodam Eremita Ambiensis inuentum, Beda autem & alij etiam ad antiquiora tempora: tamen non immeritò D. Dominico ascribitur, quòd illum, cum iam forsan à notitia hominum excidisset, diuino (vt creditur) ad id numerie motus, illù adinuenit, & miro deuotionis affectu atque nimio ardore prædicauit, & à suis populo fideli inculcandum curauit. Qui à multis pontificibus summis fuit approbatus, & ideo sanctissimi Rosarij confraternitas erecta, & soli religioni nostræ concessa & applicata.

**F** Per idem tempus, vt ab huius sæculi nequam tenebris & laqueis fœminei sexus personas eriperet, beatus Dominicus vnctione spiritus edoctus, excogitauit, vt quæ soli Deo vacare cuperent, in monasteriis reclusæ manerent ab omnibus sæculi sequestratæ tumultibus, & ibi tria religionis vota emitterent. Per hunc finem Prulianum monasterium adeptus, quod est in Tolosana prouincia situm, in quo plures virgines quæ se Deo dicarunt, recepit & conclusit: vt spiritualibus armis & contra principem tenebrarum illius regionis hominibus dominantem dimicaret, & ad id pietissimi domini, Fulco, Tolosanus episcopus, & Arnellius, Archiepiscopus Narbonensis, & Comes Montisfortis multum præstitere fauorem & auxilium, & postmodum in eundem finem Romæ ecclesiam

S. Sixti suscepit, & illas omnes virgines Deo dicatas in Dei vocatione firmas permanere adhortabatur, & mundi cõtempnis illecebris carnem cum vitiis & concupiscentiis crucifigere, & noctes diesque in Dei obsequiis expendere.

Quemadmodum verò humani generis hostis tunc nihil non attentabat, vt homines in suos pertraheret laqueos: sic etiam vir Dei vt illius conatus frangeret, & ab eius castris ad vexilla Christi deficere, & sub illo militare homines induceret. Vnde per idem tempus quendam alium pium viuendi modum instituit in vnus & alterius sexus personarum gratiam, quo quibusdam certis legibus domino Deo famularentur, de propria salute solliciti, ac proximorum etiam memores, & quidè viri armis corporalibus pro fidei defensione se prægnaturos deuoueant, fœmine autem exhortationibus & alijs spiritalibus armis. Hi primò dicti sunt confratres de militia Iesu Christi, postmodum verò de parum ord. consensu & dispositione (cessante etiam militiæ corporalis ratione factem pro parte) dicti sunt confratres de perhincua beati Dominici (nisi fortè melius sentiant qui horum & illorum diuersam fuisse institutionem autuant) & successu temporis hi de tertio habitu vel ordine D. Dominici nuncupati ceperunt, quæ nomenclatura in hodiernum vsque diem in plerisque locis perdurat. archid. d. d. m. p. 1073 Innocentius tertius patrem nostrum Dominicum continuis concionibus & disputationibus contra hæreticos insistentem, hæreticorum beneficentem fecerat: quod munus inquirendi super hæreticos Honorius tertius illi confirmauit, & vnus

**G**  
D. Dominicus ord. de militia Iesu Christi instituit.

**H**  
Munus inquirendi super hæreticos committitur B. Dominico.

B. Dominicus fit magister sacri palatii.

aliud recens illi commisit, vt scilicet in summi palatii officio docendi munus subiret, & magister sacri palatii vocari cœpit, & ab eo tempore hoc munus semper in ordine perdurauit, & cum vnus deficit, totius ordinis moderator alium substituit huius muneris functioni obeundæ. Inquisitioni verò officium etsi æquius committi non potuit, quàm ordini qui institutione sua primæua habet fidem Christi plantare, plantatamque tueri & defendere, & hæreticorum impetus strenuissimè ferre: tamen in nonnullis partibus vel aliquorum æmulatione, vel nostrorum incuria, vel aliqua aliunde causa fuit illud aliis commissum.

I Sicut autem D. Dominicus ante confirmationem ord. per duodecim annos (vt præmissum est) concionibus & disputationum congressibus contra hæreticos continuè decertauit: ita etiam à confirmatione illius per annos aliquot vitæ verbum vbique euangelizans, Italiam, Galliam, Hispaniam perlustrauit, & multa tulit, diuinæ doctrinæ lumen vbique diffundendo, & noui sideris iubar, quod tunc recens mundo exortum erat, nouum scilicet ordinem prædicatorum, à se institutum manifestando, multorum conuentuum erectione. Nec mirum, ipse enim antequàm natus, fuerat à matre forma præuisus catuli, quo designabatur futurum, vt ex ea eximius nasceretur prædicator, qui suis latratibus doctrinæ infernales lupos à grege Domini arceret. Fuit etiam, antequàm natus, forma præuisus paruuli cum micantissimi stella in fronte illius præfixa. Quo significabatur Dei prædicatione excellentissimus futurus, qui totum orbem in densissimis tenebris agentem foret di-

uinæ radijs micantissimis illustraturus, & corda filiorum conuersurus ad patrem. Tam copiosam verò euangelizandi gratiâ fuit illi dominus impartitus, vt plusquàm centum millia hæreticorū prædicatione illius respuisse, fuerit in Canonizatione illius comprobaturum, aliorum verò innumeram multitudinem ad sanam mentem rediisse, non est qui ex istis possit, aut debeat ambigere. Simul autem cum eodem Sancto Dominico & ante & post confirmationem ord. euangelizandi muneri feruenter intendisse dicuntur, doctrina & cōuersatione vitæ lucentes pariter & illuminantes, frater Petrus Dei, & frater Thomas, ambo Tolosani, & germani fratres, & sanguinis splendore clari, sed virtute animi clariores; frater Matthæus, frater Gometius, frater Michaël, frater Laurentius, frater Tancredus, & plures alij, dei spiritu pleni, simul in vinea domini collaborantes, sedulo & strenuè fidem Christi & nouæ religionis tranquillum portum amplectendum, plurimis inculcantes.

Anno 1217. Reginaldus (qui decanus erat Aurelianensis) cum infirmaretur grauissimè; fuit miraculosè sanatus, & visione diuina præmonitus, vt nostrum ordinem intraret. Cui etiam beata virgo habitum ordinis quem gerimus, conculit, & à nobis gerendum mandauit, cum antea Pater noster Dominicus eum suis ad instar quo nunc Canonici regulares D. Augusti induerentur. Hic Reginaldus fuit vita, facundia in dicendo, & verbi diuini gratia valde clarus, & præter hoc quod errantium ouium quàm maximam multitudinem ad ouile Christi perduxit, etiam ad ordinem plures, eos-

B. Dominicus ultra centum millia hæreticorum conuertit.

K

B. Reginaldo B. virgo habitum religionis confert.

demque grauissimos viros, & multæ litteraturæ ac in omnibus facultatibus doctores & promotores Archidiaconos, Abbates, Priores & alios pertraxit & inter alios etiam induxit ad hoc Magistrum Clarum qui erat pænitentiarum summi Pontificis in iure canonico Regens, famæ percelebris, & magistrum Monetam, qui erat publicus philosophiæ professor, & valde famosus per totam Italiam, & plerosque alios viros grauissimos. Qui omnes rebus quas possidebant, abdicatis, pro Christo salutis nauem ingressi, sibi ipsis & alijs salutis æternæ conquirendæ fuerunt cooperatores strenui.

**L** Nec silentio prætermittere debeo modum quo Moneta (alijs est Simoneta) peruenit ad ordinem vt sic etiam cõproberetur quod per prophetam Dominus de verbo suo, quod est sicut malleus cõterens corda, & quod non est potentia nec ratio contra Dominum. Is ergo Moneta audita conuersione multorum grauium & illustrium virorum per prædicationem B. Reginaldi, timere cõp̄it quodammodo, ne & ipse diuini verbi caperetur hamo, & ideo semper aliò diuertere cõsueuerat, cum ille concionabatur, ne eius conciones audiret: & ad instar aspidis surdæ & obturatis suis auribus, ne audiat vocem incantantium, & spiritus sancti consilijs auditum subtrahere more habebat. Quod dum perpendunt aliqui eius amici Bononiæ, instant, & importunè etiam illum sollicitant, vt ad concionem Reginaldi pergat, & tandem post multas & importunas preces vix obtinent ab eo vt illis polliceatur se id facturum in festo quod proxime instabat beati Stephani protomartyris. Quo festo vt illo fidem seruet datâ ipsi

curantibus, voluit ille, vt prius ad vnâ aliâ ecclesiâ diuerterent, sacrum audiendi gratia inde ituri postea ad concionem, & post primum, secundum etiam & tertium sacrum audiuit, id ex industria faciens, vt interea tempus concionis vel pro parte laboretur. Itur ergo tunc ad concionem, & cum ecclesiam iam non daretur ingredi præ nimio popululi concursu, præ ecclesiæ foribus mansit præfatus Moneta cum socijs. Mira res, vix auditum cõcionis accõmodarat, & mox fuit piscatoris reti captus. Nam concionabatur tunc temporis ille, Ecce video cælum apertos, &c. & repetens, dicebat, Ecce in presenti aperti sunt cæli ad introeundum: quilibet, si vult, potest per ianuas apertas intrare, videant & timeant miseri negligentes, ne eis qui Deo claudunt cor suum, & os, & manus, regnum dei claudatur, & introire non possint. Quid tam diu tardatis charissimi? Ecce aperti sunt cæli, &c. Captus itaque hac sagena euangelica, in compunctionis lacrymas resoluitur, & mox sæculo abrenuntiat, & religionis nostræ togam suscipit. Hæc in lib. qui dicitur Vitæ fratrum ord. prædicat. & D. Antonin. 3. p. hist. tit. 23. cap. 5.

Anno primo à confirmat. ord. dum gloriosus Pater Dominicus Romæ orationi intentus, ac feruidus pro dilatazione sui ord. in ecclesia D. Petri Apostoli instat, gloriosos Apostolorum principes Petrum & Paulum in spiritu ad se venientes conspicit, & dicentes, Vade prædica, quia ad hoc ministerium electus es: & paulo post videbatur sibi fratres suos in vniuersum orbem videre dispersos, binos & binos incedentes, & apostolica munia deuotè ac sedulò adimplentes. Quare quasi diuini

Moneta qualiter à domino ad religionem trahitur

M

nitus edoctus, Tolosam rediens, eos disperfit, alios in Hispaniam, alios in Galliam, alios in Italiam & Germaniam dirigens, ad fidem Christi annunciamdam, & nouum ordinem dilatandum: & fratribus ibidem tunc praefecit fratrem Mattheum Gallicum in Abbatem, sed post hunc nullus fuit in ordine Abbas nuncupatus.

Plures autem per illa primordia ord. specialia nutu diuino motos fuisse, vt religionis nostrae habitum suscipere (prouidente id domino, vt qui ad eius nomen vbique portandum fuerat institutus ordo, etiam per quos id fieri posset, haberet) scribitur in lib. qui dicitur, Vitae fratrum ord. praedicat. sed illis omnibus exemplis praetermissis quae in illo referuntur, lubet vnum duntaxat recensere, quod Claudius à Rota in ferm. B. Dominici P. nostri refert, ex commentario etiam Alexandri episcopi Vindomicensis, super illud, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, &c. & eiusdem etiam mentionem facit D. Antoninus. Bononiae erat quidam scholaris, vitae lubricae deditus, qui salutis suae spiritualis curam habere, & religionem praedicatorum ingredi, tali fuit diuinitus visione commonefactus. Videbatur sibi dum in somnis existeret, quod dum per quendam agrum nimis spatiosum gradiebatur, subita nox & insperata ac nimis vehemens oriebatur tempestas, nec modicum periculosa.

Quam cum ille euadere vellet, occurrit, & magno labore contendit ad vnam domum, quam pulsans, intromitti rogat, vt tempestatis periculum & malum effugiat: sed respondetur illi, Iustitia hic habitat, quam quia tu factis non nosti, hic minimè recipi potes: & ideo illinc recedere iussus

fuit. Mæstus inde abiit, & ad aliam casulam accurrit, idem supplicans, sed & quod ibi Veritas domicilium habeat, audit, & illud illi interdictum esse, eo quod veritate contempta, semper fuerat sequutus mendacia. Ad aliam domum mox contendit properè, in qua etsi multis fletibus refugium habere petit, obtinere non potest. Respondetur enim illi, quod ibi sancta Pax inhabitet: quae quoniam impijs esse non poterat, procul abire mandatur. Salutare tamè illi donatur consilium, quod scilicet progrediatur vterius ad domum quam ipsius Pacis soror, Misericordia scilicet, colebat: quia ea consueuerat miseris subsidio esse. Processit itaque ipse, tempestatis vim & itimeris difficultatem superante auiditate, qua tenebatur, salutis conquirendae, & Misericordiae domus fores pulsata, proprias deflens miserias, & quae antè perpetrarat peccata: & remedium poscit, vt tam sit seua tempestate liber. Qui mox vt fiat sui voti compos, Bononiam ire iubetur ad domum fratrum praedicatorum, & quod ibi inueniret poenitentiae stabulum, praesepe continentiae, & doctrinae pabulum: & euigilans ne spiritui resisteret, mundi luxui & illecebris vale faciens, sanctae conuersationis, habitum assumpsit.

Anno 1220. Beatus Pater Dominicus generalia comitia celebravit Bononiae, & in eis ordinavit ne possessiones vllas aut redditus haberent conuentus nostri, & habitus renunciarent. Et quidem si ea hoc nostro saeculo in nobis feruens charitas perdurasset, quae in patribus nostris viguit olim, in populo etiam Christiano ad erogandas non iam foret adeo diminuta, vel potius extincta, opportu-

Statuitur vt ordo non habeat possessione & redditus.

Exemplum salutare.

3. Psal. tit. 23. cap. 5.

na admodum esset hæc religionis statui constitutio. Sed illo antiquo feruore spiritus in nobis re-  
 pefacto, & in populo per cupiditatem / quæ vi-  
 que est charitatis venenum, teste Augustino, cha-  
 ritate sopita & extincta, oportuit secundum con-  
 ditionem legum quæ siue ecclesiasticæ fuerint, si-  
 ue ciuiles, variatis tēporibus etiam mutātur inter-  
 dum, hanc constitutionem pontificia dispen-  
 satione mutari. Nam experientia hodie compro-  
 batur clarissima, quod regularis disciplinæ inte-  
 gritas hoc sæculo nostro agrè potest, regularite-  
 saltem, ita consistere, cum conuentus necessari-  
 rum premuntur penuria, quinimò ibi abusi  
 consurgunt innumeri, & execrabile proprietati  
 vitium fit multis familiare. Eodem etiam capite-  
 lo ordinare voluit pater noster Dominicus, vt il-  
 religiosi quos in ordine conuersos vocare con-  
 sūuimus, rerum omnium temporalium curam  
 haberent, vt sic ceteri orationi, prædicationis mu-  
 neri, & studijs se totos addicerent. Sed & sic  
 temporalium bonorum defectus hoc tempore  
 saltē exitiali est religionis exactè seruādæ; ita etiā  
 eorumdem superabundantia vel potius luxus. Vt  
 de pulchrè Tritemius in sermone quodam ad fra-  
 tres dixit, Religio in initio peperit diuitias, sed post  
 modum filia suffocauit matrem. Attramen ple-  
 que patres alij id fieri minimè approbarunt, di-  
 centes hinc damnum non modicum ordini acci-  
 dere posse, quinimò illius destructionem / sic  
 etiam ordo Gradimontensium ob similem fuerat  
 ordinationem destructus: quibus tandem pater  
 Dominicus humiliter acquieuit & assensit.

Anno 1221. Parisijs celebravit comitia Genera-

lia beatus pater Dominicus: & licet tunc quartus  
 agebatur annus, quod ordo noster fuerat confir-  
 matus, fuit tunc in octo diuisus prouincias, videli-  
 cet in prouinciam Hispaniæ, in Tolosanā, in Frā-  
 ciam, Lombardiam, Romanam, in prouinciam  
 prouinciæ, quæ Narbonensis dicitur, & in Teuto-  
 niam, & Angliam, & iam tunc ultra sexaginta cō-  
 uentus habebat ordo: tantopere tunc huius ma-  
 gnifici germinis generosa soboles multiplicata  
 iam creuerat: & hinc constare poterat, hoc esse  
 semen cui benedixerat Dominus.

Eodem anno cum staret aliquot Tolosanæ  
 prouinciæ nollēt recipere habitum ordinis, quem  
 sacratissima virgo beato Reginaldo dederat, & in  
 ordine nostro gestandum mōstrarat, sed antiquū  
 quo primo vsus fuerat pater Dominicus; nec vel-  
 lent possessiones abdicare, prout antè in generali  
 capitulo fuerat ordinatum; vt de his apud sedem  
 Apostolicam verba facerent, Romā proficiscebantur.  
 Dum verò illi Bononiam peruenissent, vbi tūc  
 tēporis erat gloriosus pater Dominicus, ab illo de  
 hac re fuerūt reprehensi, & illi ad obtemperandū  
 diuinitus inclinati, & ita Tolosam mox reuersi, se  
 in habitu & abdicatione possessionū & reddituum  
 cæteris conformarunt, & possessiones vniuersas  
 abdicarunt, monialibus nostri conuentus Pruliani  
 eas donantes.

Eodem anno 1221, volens Dominus seruum Do-  
 minicum multis sanctis operibus plenum debita  
 remuneratione afficere, cum annos ageret quin-  
 quaginta & vnum, ad agni nuptias, ad quas ille, ea-  
 rum totus sitibundus, cæteros inuitarat ardentem,  
 introduxit. Quod tempus suæ depositionis ille in-

Ordo in 8.  
 prouincijs  
 diuiditur.

R

Obitus D.  
 Domini.



stare præfentiens, ad se vocatos omnes filios qui Bononiæ erāt, hortatus in domino, vt bonam militiã militent, & inceptū opus domini strenuè prosequantur, & testamentū condens dixit: Hęc sunt quæ vobis filijs charissimis hæreditario iure possidenda relinquo; charitatem habere, humilitatem seruate, & voluntariam paupertatem semper custodite. Et obdormiens in pace, migravit ad dominum, quinta die Augusti, Honorij tertij pontificatus, & etiam confirmationis ord. prædicat. anno quinto. Cuius sepulturæ interfuit Cardinal. Hugolinus, qui postea fuit summus pontifex, Gregorius nonus dictus, & sacrum cecinit, eumque sepulturæ tradidit cum multa deuotione, Interfuit etiam Reuerendissimus Patriarcha Aquilegensis & plures Reuerendissimi domini episcopi, Abbatres, & nobilium turba innumera.

**S** Eodem anno quo beatus Dominicus migravit ad dominum, Bononiæ quidã possessus à demonio (procurate hoc humani generis hoste) religiose nostros plurimum infestabat, vt sic illos fatigare posset, & sic illi ab incepto opere desisterent. Quæ vexatio grauis, quã patiebantur fratres, vna causa fuit ex præcipuis, cur tunc institutum fuerit, vt Saluæ regina post completoriū solemniter decantaretur: vt sic gloriolæ virginis interuentu, & illius alijs quæ occurrerent necessitatibus liberarentur fratres. Quæ deuotio paulatim postea in totum orbem diffusa est, & vbiq; accepta.

*Hanc, verò antiphonam. Saluæ regina, &c. anno, 1100. composuisse quendam Hermanum Mynachum S. Galli, scribit Tritem. in lib. descript. monast. ecclesiast.*

**A** Nno 1222. Parisijs fuit electus generalis M. ord. nostri, frater Iordanus, natione Saxo cõcionator excellens, & vitæ conuersatione integerrimus, & ad eò omnibus, & vbiq; in illa gratus, vt ignitis videretur abundare colloquijs, sicut etiã efficacibus fulgebat exemplis: mox suæ conuersationis sanctæ cunctis relinquens desiderium, & sitim excitans, postquã illius vel semel experimentum sumerēt mortales. Vnde ad sinceram fidei normam innumerum attraxit populum, ad religionis autem nostræ habitum suscipiendum ultra mille memoratur induxisse & induisse: & semel in festo Purificationis B. Virginis viginti & vnum scholares religionis togam induit, cum quibus tunc temporis se etiam admiscuit quidam iuuenis, qui diuersis vicibus, cum habitum ordinis petisset, fuerat passus repulsam & reiectus: sed tunc non potuit honestè repudiari, qui admixtus cum alijs, & illis deuotione non impar, recipi petiit: Vnde qui erat tunc in religione tironum præfectus, & magister nouitiorum vocatus, subridens dicebat ad illos, vnus vestrum nobis ordinem suffuratur &c. & hic etiam in litterario studio profecit plurimum, & in religione non minus.

Eodem patre, multis meritis valdè venerando, prædicante, aliquando Vercellis (vbi tunc temporis generale erat studium) tredecim viri grauitate morum & litteratura clari habitum religionis ab eo susceperunt. Erat autem ibi quidam magister Gualterus, natione Teuto, Regens in facultate arrium, & in medicinis peritissimus, qui magno stipendio conductus, eò venerat ad legendum. Hic Magistri Iordani audita fama, suis socijs & scho-

Ultra mille suscepit ad ordinem.

Semel 21. scholares habitum religionis induit.

laribus inculcabat sepius, inquit, *Cauete, ne ad eius colloquia, vel conciones accedatis aliquando, quia sicut meretrix, ponit sermones suos, ut capiat homines. Sed mira res accidit & solius Domini, qui corda omnium habet in manu, virtute digna. Qui alios retrahebat, ipse primus eius sermone capitur, & religionis habitum suscipiens, fit alijs salus exemplum, qui illis fuerat scandalum, ex lib. qui dicitur Vitæ fratrum.*

Anno 1125, idem pater Iordanus capitulum generale celebravit Parisijs, in quo fratribus cunctis intimavit, ut si qui parati forent verbi diuini predicandi gratia in terram sanctam proficisci, id ipsi intimarent. Mirum dictu: vix verba finierat, & ecce ferè omnes qui aderant ad ea munia obeundum sese obrulere: & in terram se posternentes, quasi ad proficiscendum parati iam forent mitti rogabant, lacrymis pluribus deuotionis obortis. Et quidem alij cum fletu hanc obedientiam etiam adimplere petebant, alij verò eosdem qui se ita promptos ad magnos perferendum labores, & quasi ad victimam offerebant, lugere non cessabant. Alij præ gaudio flebant, quòd talem iam eò proficiscendi obtinerent licentiam. Alij verò præ dolore, quòd eadem illis denegabantur; tanta illo tempore diuini amoris ac proximorum salutis flamma eorum corda incenderat, & tam magnum eos omnes huius rei tenebat desiderium. Tunc opere complebatur quod antè per multos annos etiam ante nostri ord. initium. Abbas Ioachim in suis prædictionibus sensit de illo, ut refert D. Antoninus. Quod erat formandus in ecclesia generalis ordo prædicatorum, &c. & sicut

Verbo Dei capitur qui alios ab illis retrahebat sedem.

Mirus proximum salutis feruor.

a. p. hist. tit. 17  
Cap. 1. §. 12.

olim per Moysen & Iosue Dominus Cananæos Israëlitis subiecit, & per Paulum & Barnabam idololatrias strauit; sic etiam per istum ordinem gentes incredulas subigeret & conuerteret. Vnde sicut B. Dominicus adhuc viuens fratres dispererat, ut nomen Domini ad gentes portarent: sic etiam & illi idem perquam libenter præstiterunt, ex libro qui dicitur Vitæ fratrum ordinis prædicat.

Anno 1127, mortuo Honorio tertio, eligitur summus Pontifex Gregorius nonus. Qui illo anno (alijs verò inde ad aliquot annos) per totam ferè Christianam Rēpub. ex nostro ordine instituit censors hæreticorum. Nulli enim cēsuit hoc munus aptius committi posse, quàm illi ordini, quem per antonomasiam magni nominis viri in sæculò, ordinem veritatis dixere; eo quòd pro veritate fidei propugnada, & ecclesiæ vnitatem cōseruanda multa semper tulit & fecit. Quæ etenim vnquam familia sacra hæreticorum incursum plures vel atrociores sustinuit, aut ad hæreticorum technas detegendum, hæresis sue extirpandum, non dixerim magis, sed equè valuit, ut Dominicana? Alieno testimonio vtat hac in parte, quoniam solet omnis in ore proprio laus sordescere. Supplemēti Chroniconum author frater Iacobus Philippi ord. Augustinensium, Tigridi fluuio, ex paradiso terrestri emananti hunc nostrum ordinem ritè comparari debere inquit. Nam sicut hic fluitius, qui etiam, Iosepho teste, Dilach alio nomine dicitur, quod sonat acurum, inter alios fluuios mundi velocissimus est & rapidissimus: sic quoque & ordo prædicatorum (ait ille) inter cæteros abundantiori salutaris doctrinæ aqua è fonte ecclesiæ porata, que

Z

Censores hæreticorum ex nostro ordine vbiq; constituuntur.

Ordo prædicat. Tigridi fluuio comparatur.

paradiso ritè comparatur, & largiùs illi commu-  
nicata, & vitæ probatæ splendore coniuncto, cor-  
tra hæreticos fuit semper impetuofissimis repu-  
tatus, & ad illorum impetus frangendos oppo-  
tunior habitus. Propter hoc ergo summi Pontifi-  
cis decretum de creandis vbique ex prædicat. o-  
dine inquisitoribus, vti apud plerosque dei cultu-  
res maior ad ordinem nostrum tunc creuit affe-  
ctus & veneratio: sic quoque apud eos quos in-  
micus homo ad superfeminandum zizania cur-  
tritico, vel propagandum iam sata conduxerit  
operarios, feruili quidã timor, qualis esse solet  
illis qui malè agere cupiunt, sed timore pœnæ no-  
audent, fuit genitus, & in his magnum odiũ cor-  
tra nos excitatũ. Vnde & in quàm plurimos patres  
graues, ac multis nominibus venerandos, qui  
istud munus inquisitionis sanctæ exercendum  
diuersis partibus constituti fuere, seũierunt hæ-  
retici, quia quominus oues Christi dilaniare ita libe-  
rè possent vt optabant, & tanquam lupi rapa-  
cas deuorare, obstabant viriliter.

Y

Eodẽ anno prædicto in generali capitulo Par-  
sij celebrato, ad illas octo prouincias numeratis  
anno 1227. in quas ordo tunc diuisus fuerat, super-  
additæ sunt denouò quatuor, videlicet Polonia,  
Dacia, Græcia, & Terra sancta. Ad eò tũc temporis  
vniuersi nostræ religionis alumni attendebant  
Abrahã qui eos genuerat, & ad Sarã quæ eos pro-  
pererat, id est, ad D. Dominicũ patrem nostrũ, & ad  
religionẽ quæ eos genuerat vt mater, vt ab eis no-  
degeneratẽs, quocũque eorũ conuersationis fa-  
ctæ perueniebat odor, mirũ in modum omnium  
ga religiofos nostros prouocarentur affectus: &

religio indies magis ac magis diffunderetur.

In religionis nostræ primordiis religiosi nostri  
dicebantur fratres virginis Mariæ, vt author est  
D. Antoninus 3. p. histor. titu. 23. cap. 3. Nec mi-  
rum. Nam & ipsa Dei genitrix virgo suo filio val-  
de irato, & ob varia peccata hominum, multa  
mundum volenti destruere, B. Dominicum ob-  
tulit, vt seruum fidelissimum, & valdè dilectũ, &  
aptissimum ad mundum in moribus reforman-  
dum. Ipsa habitũ quem gerimus, donauit ordini,  
& à nobis gestandum præscripsit, ipsa nostri ordi-  
nis fuit semper singularis protectrix, & ad modũ  
quo mater aliqua tenerrimè vnicum quem habet  
filium summè dilectum, etiam postquàm iuit ad  
requiem, illum obseruare non grauatũ & coope-  
rire, si forsã egeat, & etiam dormienti bona præ-  
cari non desinit: sic & beata virgo aliquando reli-  
giosos nostros ad requiem compositos vesperi vi-  
sa fuit omnes circuire, & benedictionis beneficiũ  
illis impertiri, ac bona precari, & in eo dicere, Hi  
sunt filij mei dilecti in quibus mihi complacuit.  
Ipsa etiam cum religiosi nostri aliquando matuti-  
nale officium inchoarent in medio eorum appa-  
ruit, dicens, Non sic, non sic, fratres mei: sed dicite,  
Regem virginis filium venite adoremus, quod in-  
uicatorium fuit deinceps semper solitum cantari.  
Ab ipsa etiam habemus, quòd post completoriũ  
aqua benedicta aspergamur: quoniam ipsa illa  
hora in religionis nostræ primordiis religiofos  
nostros aqua consuevit aspergere. Item modum  
precãdi sanctissimum Rosarium, quo tota sui filij  
Christi Iesu vitã meditanda continetur, per patrem  
nostrũ Dominicum & illius filios, cum iam illius

AA

Fratres ord.  
prædicat. in  
initio dice-  
batur fratres  
beate virgi-  
nis.

CC

deuotio fuisset ferè extincta, prædicari uoluit, & Christi fidelibus inculcari.

BB

Regula fratrum prædicatorum.

Cùm à generali magistro ord. fratre Iordano quispiam quæreret, quænam esset suorum regulæ respondit, Regula prædicatorum est honestè uere, discere, & docere. Quæ tria desiderabat Dauid, inquit, Bonitatem, & disciplinam & scientiam doce me, &c.

CC

Idem generalis Magister ord. frater Iordanus cùm aliquando ordinem uisitaret, & in regnum Appuliæ diuertens, iret ad salutandum Imperatorem Fredericum ibidem existentem, postquam aliquandiu à confabulatione vtrinque cessatū est & silentium inter eos factum, Magister ord. Iordanus illud rûpens dixit, Domine ego mei muneris ratione cõpulsus per multas discuro provincias. Vnde miror, quòd à me nō quæritis, quinae sunt rumores. Cui Imperator, Ego, inquit, in omnibus partibus meos habeo nuncios, qui me de omnibus admonitum reddunt; nec mihi ignotum sunt quæ alibi fiunt. Cui Magister Iordanus: Dominus Iesus Christus omnia nouerat, & tamen discipulis suis quærebat, Quem dicunt homines esse filium hominis? & vos certè homo estis & multa uobis occulta sunt; quæ tamen aperta esse plurimum expediret. Nam dicitur de uobis, quòd ecclesias grauatis, censuras ecclesiæ non magnificatis, auguriis intenditis, Iudæis & Saracenis maius fauetis, vicarium Christi non curatis, & similia, quæ uestram nobilitatem, minimè decet, &c.

DD

Cùm per hæc tempora famosissimus foret per totam Italiam concionator frater Ioannes V

centius (Vincius alius) & Bononiæ iam aliquandiu prædicasset, & Bononienses timerent, quòd ab illis auferretur; miserunt aliquos viros graues ad Generalem M. ord. Iordanum, & ad diffinitores capituli, quod tunc celebrabatur, rogantes quatenus ille eis non auferretur: & hac potissimum ratione id persuadere conabantur, iustum esse quod petebant, quia seminauerat uerbum Dei in illa ciuitate, & fructus magnus qui sperabatur, impediretur prorsus per illius absentiam. Quibus M. Iordanus, eorum prius beneuolentiam & affectum ad ordinem commendando, respondit, faciendum fore in eorum gratiam quidquid fieri posset; subiunxit tamen, quòd prædicta ratio non multum eos urgebat. Quia sicut non confueverunt seminatores terræ cùm agrum unum seminauerint, lectum suum portare, ut iaceant ibi quousque ager fructificet: sed illo facto commendant semen Domino Deo, & se conferunt ad seminandum alios agros: sic quoque in diuino semine. Vnde etiam Dominus dicebat, Aliis ciuitatibus oportet me euangelizare.

EE

Honorius tertius, summus Pontifex, concessit ordini nostro, ut possimus celebrare super altare portatile, & ut etiam tempore interdicti tam in nostris ecclesiis, quàm in quibusuis aliis ciuitatibus & locis interdicto suppositis, possimus celebrare diuina, &c. Et Gregor. nonus factus summus Pontifex literas dedit ad uniuersos prælatos ecclesiæ commendatitias pro nobis, declarando in eis, quomodo & prædicandi munus & confessiones audiendi nobis commiserat. Iussit etiam, ut fratres nostri post professionem emissam, ordinem

non possent exire, nec aliquis tales recipere. Con-  
cessit etiam, vt ecclesiæ nostræ conuenticales dicitur  
tur, & quod tam pro nobis quàm pro quibuslibet  
aliis apud nos sepeliri volētibus cœmeteria habe-  
possimus, & quod venientes ad ordinem à quo  
excommunicationis vinculo possent absolui à M  
ord. & à prioribus, dummodò parū prius faceret  
fatis.

*Apostolorum ord. nostri chorus præclarus.*

**A** **F**ulco Tolosanus antistes mox in initio ordi-  
prouincia Tolosana ecclesiã & locum domi-  
uit patri nostro Dominico ad constructionē con-  
uentus. Cùmque anno 1206, confirmatione ordi-  
obtentâ ab Honorio tertio Roma rediret Tol-  
sam, iam conuentus pro bona parte erat constitu-  
tus, vt D. Antonin. asserit. Amplissimæ ergo gra-  
tiæ & prædicto viro piissimo Fulconi agatur à Deo  
bis, & immortales immortalibus Deo Optimo Maximo  
suo seruo Dominico, nostri sacri ord. & illius ordi-  
nium apostolorum parenti & cardini.

3. p. hist. tit. 23.  
cap. 4.

**B** Eodem anno 1216. beatus pater Dominicus con-  
cepit Romæ ecclesiã sanctæ Sabinae, vt in ea ecclesiã  
ligiosi se reciperēt. Ecclesiã verò sancti Sixti pri-  
Monialibus, & ibi centum & quinque virginum  
habitum nostri ordin. induit, quarum primam  
vocabatur soror Cæcilia Romana: & ad insti-  
tutum huius conuentus & Pruliani paulatim construi-  
eti sunt etiam plures conuentus vbique pro Mo-  
nialibus.

**C** Anno Domini 1218. Bononiæ data fuit ecclesi-  
S. Nicolai patri nostro Dominico ad constructionem  
runt opportunius notari, eorum hoc loco memi-

neim conuentus, qui ob singularem, quo cuncti san-  
ctum Dei Dominicum amplexabantur, affectum,  
& ob præclaras quàm plurimas quas per eum do-  
minus operabatur virtutes, fuit breui constructus  
& postea semper auctus sanctissimi huius nostri  
Patriarchæ ibi reconditi meritis & intercessione  
singulari. Frater Seraphinus Razius Italus scribit,  
quod diligentia fratris Reginaldi Rodolphus Fa-  
uentinus, pastor S. Nicolai ecclesiã suam dedit  
ordini. Eodem anno Parisiis ab vniuersitate & à  
Decano sancti Quintini fuit etiam donata fratri-  
bus nostris ecclesiã sancti Iacobi, vt conuentus ibi  
construeretur, & propterea fratres nostri Iacobite  
vocari cœperunt; nec solum Parisiis, sed & per to-  
tam Galliam hæc nomenclatura inualuit, & in  
hodiernum vsque diem in Galliis perdurat, cùm  
tam in aliis partibus vel fratres prædicatores,  
vel D. Domini nuncupemur.

Eodem anno 1218. beatus pater Dominicus ze-  
lo animarum feruidus, & nouæ religionis dilatan-  
suo cupido, in Hispaniam profectus, Segobiæ,  
Amoræ, & aliis in partibus ad cōstructionem cō-  
uentuum accepit loca, & sequenti anno Venetiis  
ecclesiã sancti Martini è regione castelli. Tanta  
verò tunc temporis erat vbique pij populi in reli-  
giosos nostros veneratio, & affectio, ac liberalitas  
primam elemosynarum elargitione, vt etiam breuissimo  
tempore solemnnes construerentur conuentus.  
Quoniam verò præfatus conuentus Amorensis  
valde celebris habetur, præsertim quia nonnulla  
valde rara & mira in eo diuersis temporibus acci-  
disse referuntur, nec video quonã loco illa pote-  
runt opportunius notari, eorum hoc loco memi-

D

E

nisse iuuabit. Dum religiosi in eo semel horas supfallerent, vox è superinis miraculosa insonuit, dicens fratribus, vt fugerent. Quibus attonitis nouitate vocis, & obtemperantibus, mox vt egrefuere, ipsa in qua erāt, domus, vel ecclesia corruē & eos oppressisset omnes, nisi pius Dominus seruos præseruasset. In eodem conuentu esse dicitur imago Domini nostri Iesu Christi, quæ aliquot vicibus domino Deo famulantes aliquota fuisse dicitur, vt etiam quæ Neapoli habitur in conuentu nostro D. Dominici, D. Thome Aquinatem. Est etiam in eodē conuētū Amoris campanula, quæ per plura annorū curricula si alicuius ope pulsari consueuit & insolitum sonum reddere, cum breui foret quispiam ex illorum fratrū collegio migraturus ad Dominū. Quo audit mox se cuncti præparare moris habebant, quæ iam iam rationem reddituri de villicatione. Super quem nāque mortis iaculum caderet, dū ignobant omnes, se ad illud excipiendum cuncti præparabant sedulo. Durasse autē dicitur is campana huius pulsus miraculosè fieri solitus, cum foret quis moriturus in illo cōuentu per multa tēpora. Fuit etiam in eodē conuentu religiosus quidam pius & deuotus & necessitudinis iunctus vinculo cum quodā religioso minorita, qui ambo dū quando ad inuicē amabilia miscerent colloqui sibi inuicē polliciti sunt, quòd qui eorū prius fungeretur (si Dominus id illis permitteret) in rediret ad eū qui in viuis maneret, vt eū sui statim admonitū redderet. Obiit itaque primò religiosus minorita, & post dies aliquot dū nostri ordinis religiosus in refectorio foret, ibi comparuit minorita defunctus

defunctus, & aliquādiu fuerunt cōfabulati, & nonnulla illi retulit miranda de futura vita, ac demum quomodo in pœnis ageret purgatorij & cruciatus miris. & in veritatis comprobationem illius quod narrabat, manū posuit super vnā refectorij tabulā, & mox illi mansit manus igneæ impressum vestigium, quod adhuc hodie ibi inuisitur: & hoc factò disparuit præfatus defunctus.

Vnus inter alios plerosque viros graues, quos pater noster Dominicus suscepit ad habitum, fuit frater Hyacinthus, alius est Iacintus, vel Iacius) natione Saxo vel Polonus, nobili sanguine ortus, & iam Cracouiensis Ecclesiæ Canonicus, vt author est Martinus Cromerus in lib. de rebus Polon. Eū igitur ad ordinem susceptum B. pater Dominicus ad petitionem Reuerendissimi Iuonis Poloni, Cracouiensis episcopi, in Poloniam direxit Apostolum: vt ibi religionis nostræ prima iaceret fundamenta, & prius conuentus quem erexit, fuit in ciuitate Cracouiensi, in qua præfatus Iuo episcopus primarium templum, quod erat sanctæ Trinitati dicatum, fratribus nostris concessit, parræciam inde aliò transferens, & postea paulatim alios erexit conuentus in eodem regno Poloniæ beatus Hyacinthus. In classe ergo Apostolorum ordinis ipse non infimum obtineat locum.

Eidē fratri Hyacintho fuit à patre nostro Dominico datus socius frater Celsus, vir vitæ integritate & gratia verbi præditus. Qui ex Cracouia profectus in ducatum Sileziæ, qui imperatoris imperio subest, monasterium vnum construxit sub D. Clementis. & aliud sub D. Adalberti inuocatione, vel patrocinio, & nonnulla alia: & demum

F

Beatus hiacintus Polonorum Apostolus.

G

Beatus Celsus Polonorum Apostolus.

mortuus est in conuentu Vuratislauiensi, virtutibus plenus, sit igitur ipse præfati Hyacinthi socius in Apostolorum ordinis choro vt fuit in via & vitæ sanctimonia.

**H** Eodem tempore ad Lemouicensem ciuitatem missus fuit Lemouicensium apostolus frater Petrus Cestanus, qui ibi conuentum extruxit, Paulo post missi sunt alij fratres inde ad ciuitatem hemensem, & Aurelianensem & ibidem conuentus ord. construxere, & verbum Dei alacriter fructuose prædicarunt. Iniquitati ergo foret verbum, si præfatum Petrum Cestanum Apostolorum ordinis seiungeremus consortio, illius itaque & aliorum nomina scripta sint in libro vitæ.

Anno 1227. edificari cœpit nostri ordinis cœnobia in Portugallia à Regina Sãtia ferentissimi Regis Portugallia: D. Alphonsi, huius nominis secundi, quæ summo prosequeretur assensu nostri ord. fratres, & ea in re Apostolica obmunia creditus & illius conuentus extitisse fundator aut vnus ex primis frater Pellagius Portugallus, vir sanctitatis opinione valde celebris & conspicuus. Cuius proinde memoriam Apostolorum ord. chorus excipiat merito. Porro huius sancti & etiam conuentus miranda nonnulla videntur infra in classe beatorum anni Domini 1240.

Frater Pellagius Portu:  
Gallig.

**I** Pater noster Dominicus adhuc viuens missus in Angliam Anglorum Apostolum fratrem Gislebertum virum grauem, & religione perspicuum, prædicationis vomere terrenorum hominum condenda sulcaret. In Portugallia quoque profectus etiam Lusitanorum Apostolus frater Dominicus

Frater Dominicus Cupensis.

Cupensis, natione Hispanus, vir valde religiosus, cuius sit valde ampla mentio in libro qui dicitur vitæ fratrum prædicatorum. Qui pater conuentum nostrum Sanctirenensem serenissimi Regis Portugallia: adiutus subsidio, construxisse fertur, hunc ergo & illum Apostolorum ordinis classe quis poterit fraudare?

Anno 1221. frater Paulus Hungarus Dei præcon mirabilis cum quatuor socijs fuit in Pannoniam (nunc Hungariam dicimus) directus Apostolus à beato patre nostro Dominico. Qui primò ad ciuitatem Ianuensem perueniens & inde ad Vispremiensem & Albaniam, & demum non solum has partes, sed & totum illam regionem prædicatione diuina impleuit. Et aliquorum conuentuum notus Conimbricæ in Portugallia à Regina Sãtia ferentissimi Regis Portugallia: D. Alphonsi, huius nominis secundi, quæ summo prosequeretur assensu nostri ord. fratres, & ea in re Apostolica obmunia creditus & illius conuentus extitisse fundator aut vnus ex primis frater Pellagius Portugallus, vir sanctitatis opinione valde celebris & conspicuus. Cuius proinde memoriam Apostolorum ord. chorus excipiat merito. Porro huius sancti & etiam conuentus miranda nonnulla videntur infra in classe beatorum anni Domini 1240.

**K**  
Frater Paulus  
Hugarorum  
Apostolus.

stri ordinis & ipse fuit in Hungaria primus fundator, & socij. Solum ergo qui illi velit esse iniurius, prædictum patrem fratrem Paulum Apostolorum nostræ religionis collegio prætermittit ascribere. Belgici homines ex Parisijs petiuerunt sibi mitti religiosos aliquos, qui conuentum nostri ordinis Gandau construerent: Missi fuerunt illi: sed cum insulas ciuitatem insignem peruenirent, vt Gandauum pergerent: insulenses eos vt ibidem maneat, rogant, & cogunt, quodammodo, & illis locum donant ad constructionem conuentus.

**L**  
Belgicorum  
Apostoli.

Mox ex Parisijs alij mittuntur religiosi qui Gandau & Louanij simul fundare incipiunt conuentus verbo vitæ & conuersationis exemplo populum ad Dei famulatum feruenti spiritu attrahentes. Dum verò horum nomina non prodanda sulcaret. In Portugallia quoque profectus etiam Lusitanorum Apostolus frater Dominicus

Anno. 1222. ordinatum fuit Parisijs in generali capitulo, vt ad partes transmarinas mitterentur ad Euangelium Christi annuntiandum, & ordinem dilatandum frater Borchardus, & focij aliqui illi assignati. Qui & Hierosolymis, Damasci, Bethlehemi, & in Nazareth, & in alijs partibus ord. conuentus erexere. Ante hos verò fuerat ad illas partes directus Apostolus, frater Xaronus Mediolanensis, vir multæ sanctitatis, qui & sua prædicatione multum populum Domino acquisiuit, & conuentus aliquos etiam erexisse creditur. Hinc ergo & prædicto fratri B. Borchardo Orientalium partium Apostolis gratias agamus quam plurimas.

*Nec esse abs re crediderim hic adnotare, quòd in ciuitate Hierosolymitana, & in terris ad eam spectantibus, habuit ordo noster octodecim conuentus. In insula verò Cypri habuit quadraginta sex, vt testatur frater Stephanus de Lusignano, magister in Theol. & vir non solum commendandus, quòd si de regum Cypri sanguine ortus, sed quia religionem præstans est, & in studijs assiduus, quibus hucusque multum Rempublicam Christianam inuit, & inuere pergit: in sua historia testatur quam scripsit de rebus insule Cypri, & horum omnium conuentuum ne vestigium quidem extare arbitror. Et hinc etiam conici facile dabitur quot amisisse potuerimus in alijs mundi partibus & regnis etiam potentissimis, in quibus ante hoc sceleratissimum sæculum quòd decurrit, Lutheri & similis farina hominũ lue infectum, Christiana religio viguit, & mira in Deus ac res diuinas veneratio, & affectio. Nunc ven-*

*in aliquibus in totum, in alijs verò pro maxima parte corruiere, & sicut in illis collapsa est fides: sic quoque monasticus inde omnis exulauit ordo.*

**A**Nno 1224. in vigilia beati Laurentij peruenērūt aliquot religiosi nostri in Magdeburg. ciuitatem Saxoniz ad petitionem Reuerendissimi Archiepiscopi Magdeburgensis & aliquot aliorum insignium virorum tum nobilitate, tum etiam episcopali dignitate fulgentium. Et mox intra duos annos aut circiter fuerunt erecti conuentus nostri, Magdeburgensis, Fricacensis, Coloniensis, & Argentinenensis, & postmodum paulatim plures alij, & prænominati conuentus Coloniensis ( qui insignis est, & fuit semper religiosissimus habitus ) fundator & primus prior fuisse dicitur frater Henricus natione Teuto, vir honestate morum fulgidus, & concionator eximius, qui cum magistro Iordano simul habitum ord. suscepit ipso die cinerum. Huius ergo & aliorum quorum nomina non produntur, honorifica mentio fiat: & sedes illi concedatur in hac apostolorum ord. classe.

Anno 1225. Venetiis dux erat Iacobus Tepulus, & erat 46. Venetorum dux, qui fuit vir clarissimus & virtutum animi splendore insignis. Qui etiam Basilicam sanctorum martyrum Ioannis & Pauli construxit, & conuentum pro nostro ordine, vt author Supplem. Chronic. asserit. Ipse ergo, & qui ex nostro ordine apostolicum munus exercuerunt sint, in benedictione domini.



*Prophetarum prouidus chorus.*

**A** **E**orum verò qui ex nostro ord. spiritu prophetae claruere, ac proinde in prophetarum ordinem merentur redigi, primus occurrit gloriosus pater noster Dominicus, qui inter pleraque alia dona diuina quibus fuit à Domino coornatus, Prophetiae etiam effulsit dono, & plurima futura prauidit & prædixit.

**B** Fratrem Laurentium quoque, virum vitæ probatissimæ, spiritu prophetico fuisse quoque à Deo donatum lego, quem propterea ut domesticum prophetarum oportet, ut excipiat chorus.

*Euangelistarum acies veneranda.*

**A** **A**D Euangelistarum aciem sub patre nostro Dominico nostrorum omnium duce spectat qui cum eo etiam antè confirmationem ord. in Tolosana prouincia contra Albigenes fideliter & strenuè decertarunt, quorum nomina recensui antè dum de communibus agerem.

**B** His etiam coniungantur duo viri & sanctitate vitæ clarissimi, & huius diuini muneris functione celebratissimi, frater Reginaldus, & frater Ioannes Vicentinus: Quorum illum verè postumus dicere, quòd ad religionem nostram suscepit illum singularis protectrix, beata virgo Maria; hunc verò beatus pater noster Dominicus: & quidem ille fuit veluti alter Elias in spiritu & feruore, quo Dei verbum annuntiabat, & tum alias partes, tum potissimum Bononiam, Parisios: hic vero

totam Lombardiam suis feruentissimis concionibus ad fidem Christi quæ per dilectionem operatus commouerunt. Hic etiam refertur dum prædicaret, sæpius habuisse ad aurem Angelum Dei quasi quæ proponeret suggerentem; aliquando etiam stella admodum fulgens super eum prædicantem apparuit, quòd illius prædicationis fulgor & veritas omnibus monstraretur. Aliquando verò crux ab assistentibus cunctis super eum visa fuit manere.

Illis etiam annumerentur frater Iordanus Saxo, & frater Henticus Teutonicus, qui ambo ut simul sæculi pompis abrenuntiantes, nostræ religionis habitum susceperunt, ita quoque in illa euaserunt vitæ probatissimæ, doctrinæ clari, & verbi diuini gratia potentes, & fructuosi.

Quibus etiam iungantur quos antè in varias orbis partes directos apostolos recessui quoniam digni sunt, ut hac classe resideant. Et pulchri eorum fuerunt pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona.

Sed & fratrem Robertum & fratrem Laurentium Anglos, Brochardum & Conrardum Teutones; Manem & Dominicum Hispanos, Bertrandum ex Gallia Narbonensi, & fratrem Franciscum de Tolosa si missos fecerim, magno iniuriam notabor vicio, quoniam omnes fuerunt viri clarissimi, & verbi diuini præcones incliti, & quasi tubæ voces suas exaltarunt populo Dei, eorum scelera annuntiantes. Sunt enim quàm dignissimi ut in cuiusque eorum encomium verba expendantur quamplurima: ni-

si me ad alia properantem narranda : tempus his diutius non pateretur immorari.

*Doctorum cætus insignis.*

**A** Sacra scriptura teste , qui docti fuerint , fulgebunt quasi splendor firmamenti , & qui ad iustitiam erudiunt multos , quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ideo dum tales in vnum coniungere satago , occurrit beatus pater noster Dominicus , vt sit omnium huiusmodi copiarum præcipuus dux , tum aliis multis nominibus , tum etiam quoniam magister vel lector fuit sacri Palatii , & doctoris munia obiit strenuissimè. Cui fratrem Iordanum Saxonem , qui & ipse in Generalatus officio illi successit , coniungo etiam tanquam in docendi munere præstantem & insignem.

**B** Præsto etiam sunt vt hanc aciem intrent ex Hispania. Frater Ioannes de Monte , & frater Thomas de templo , & ex Teutonia frater Henricus , Brochardus & Conrardus , omnes viri multis meritis venerandi , & tam religionis , quam doctrinæ præstantia clari. Quos vtinam omnes semper haberemus præ oculis , & æmulari non desineremus.

**C** Porrò Italia fratrem Monetam ( aliis Simonetam ) suggerit Philosophum famosissimum , & in aliis etiam eruditum , & Angliæ fratrem Robertum etiam virum doctrina clarum. Et vt eorum sit conuictus gratior , & Societas iocundior , annectantur & his fratres Vincentius de Casali , & frater Bartholomæus Tridentinus , quoniam in nihilo per eos prædi-

ctorum vel obscurabitur societas , vel iocunda conuersatio turbabitur. *Quæ* autem prædicti omnes , doctorum copias constituentes reliquerint posteris documenta aduersus ignorantia tenebrarum authores , vel sequaces , nostra Bibliotheca ordinis monstrat.

*silentio hic præterire non debeo , quòd cum tempus quo viri doctrina clari fuerunt in pretio , latitudinem complectatur , & sæpe etiam plurimum decadum comprehendat spatia , & ipse & qui hac de re antea scripsere , interdum notabimus illud , quo tales doctores noti esse cæperunt : interdum illud quo fuerunt quasi in summo honore & in æstimationis apice ; interdum verò illud , quo fuerunt velut iam in declinatio , & morti vicini. Quòd adnatate oportet eos , qui sunt forsitan faciles aut potius præcipientes ad carpendum aliorum dicta. Et hinc etiam fit , vt qui de viris illustribus scripsere , nonnunquam dissentire videantur , dum aliqui scribunt de aliquo authore , quòd claruit. Verbi gratia : anno , 1250. & alij asserant , quòd claruit anno 1235 , & tam illi , quàm isti verum habere possunt. Sic quoque ego aliquando illustrem virum aliquem huius nostri Chronici eum in aliqua classe ex dictis in vna decade interdum colloco : in alia verò classe , etiam in alia designo.*

*Pastorum sedes eximia.*

**S**I qui pastorum aciem conficiant , requirimus potius , quàm qui tenuerint , inuenimus qui tenere potuerunt , sed pastorales dignitates recusa-

runt, malentes in paupertatis statu permanere, omni præfulatus dignitate contempta, & ouium titulo gaudere secure, quam illa decorati cum propria & suorum salutis dispendio vel periculo illi insigniri. Nam beatus pater Dominicus ad Archiepiscopatum Terraconensem, vel (vt placet Claudio à Rota in serm. vel legenda B. Dominici P. nostri quam habet partim ex Iacobo de voragine, partim ex aliis) ad episcopatum Corotonensem & Citaiuensem promouebatur, sed maluit in paupertatis vita, quam delegerat, Christum annuntiare: & ideo constanter huiusmodi semper dignitates fugit. D. Antoninus de illo affirmat, quòd dignitates episcopales pluries illi oblatas renuit, & cap. 4. dicit quòd tres episcopales dignitates diuersis temporibus ei repræsentatas recusauit.

3. p. hist. tit. 23.  
cap. 2. & 4.

**B** Frater Cuerardus, qui Archidiaconus erat Lingonensis cum ordinem intrauit, & quanto plus notus fuerat in sæculo, tanto plures assumpta paupertatis ædificauit exemplo cum fuisset electus episcopus Lausanensis, præfulatum talem noluit acceptare, sibi satis negotij incumbere arbitratus, si sui ipsius curam ritè gerere posset & rationem altissimo reddere ex lib. qui dicitur vitæ fratrum ord. prædicatorum.

*Beatorum sacer conuentus.*

**A** **H**ic chorus gloriosi Dominici patris nostri præsentia decoratur, de cuius sanctitate qui eum inter diuos retulit Gregorius nonus summus Pontifex dicebat, se non plus dubitare, quam de

B. Dominicus

sanctitate Apostolorum Petri & Pauli.

Proximum mox concedamus locum vero illi sanctissimo fratri Reginaldo de Sancto Ægidio, qui erat Aurelianensis decanus cum ordinem intrauit, cuius etiam vitæ integritatem & sanctimoniam attestatur singularis, qui eum beata dei genitrix virgo prosequuta est dilectio, ad eum descendens & cum eo loquens, vt solet amicus cum amico. Obijt Parisijs & fuit sepultus in ecclesia S. Mariæ de campis, quia tunc ordo ius sepulture necdum habebat, & obijisse dicitur anno domini 1220.

**B**  
B. Reginaldus.

Subsequatur statim frater Ioannes Vincentius, qui cognominatus est sanctus. Cuius sanctimoniam paucis tetigi antè, dum illius memini in Euangelistarum classe. Eum licet in viuis adhuc agentem beatorum cœtui nunc annuero, quoniã de illius à præsentia vita exitus die mihi non cõstat, & quòd sanctus fuerit illius vitæ egressus exploratum faciunt vniuersa quæ de illius sanctimonia memoriæ prodita habentur; inter quæ etiam dicitur, quòd operatione miraculorum fuit valde illustris.

**C**  
B. Ioannes Vincentius.

Frater Conrardus natione Teuto, primus in Germania hæreticorum censor per Gregorium nonum constitutus, pro fide Christi ab hæreticis trucidatus interiijt anno Domini 1228. qui primus ex nostro ordine per martyrium transiuit ad sedes supernas, hac etiam ratione ampliori veneratione dignus, quòd velut alter Iacobus in collegio Apostolorum primus & inter omnes noui testamenti martyres, velut Stephanus protomartyr vitam pro redemptore nostro per martyrium

**D**  
B. Conrardus martyr.

amisit, vt eam inueniret. Qui multis miraculis  
coruscus extitit & gloriosus.

*Acta sunt plura, vt his beatus Conradus san-  
ctorum Catalogo ascriberetur, sed quorundam  
ignauia factum fuisse, vt id infectum manserit,  
scribit Leander libro 2. de viris illustribus ordinis.*

curante id humani generis hoste & totius boni-  
tatis inuido & osore permaximo, quædam speci-  
osissima mulier eius cupidine capta, in eius a-  
morem exarsit dumque illi suum aperuit mor-  
bum, vt ad praua illum alliceret, nec vllis persua-  
sionibus sanctis eam posset vir Dei à tali prauo  
desiderio auocare, tandem ipse diem certam illi  
constituit quasi tunc eius vellet consentire libidi-  
ni. Constituta igitur die hic beatus in loco desi-  
gnato duos copiosos ignes, sed proximos parari  
iussit, cumque illa adueniret, vir Dei qui ignis ve-  
neri nullo erat contagio læsus, eam alloquutus,

Insigne san-  
ctitatis exci-  
plum.

inquit, En lectus in quo nos commiseri oportet,  
ignem illi designando, & seipsum prius super igne  
extendit, eam vt idem faciat exhortans. Sicut autè  
libidinis ignis illi non leserat interiùs, sic quoque  
ille temporalis nec vestibis incommodauit exte-  
riùs. Quare perterrita illa & tanti miraculi noui-  
tate stupefacta eius monitionibus sanctis acquie-  
scens, & corde compuncta, pœnitentiam egit: &  
libidinis repressit ac vicit stimulos, illam quam  
oderat antè, castitatem amplexans. Verùm sunt  
qui scribunt, quòd causa propter quam mota fuit  
hæc mulier ad tentandum virum Dei, fuit, quòd  
ille cum esset feruentissimus concionator, tantum  
potuit efficere cum rege Gallia in suis concioni-  
bus, vt ille sua aula, adultores, histriones quosuis,  
& meretrices, & quasuis alias huius fatinae perso-  
nas eijceret. Quòd dum illi ferrent ægerimè, eo-  
rum aliqui, vt sancti viri nomen & famam obfu-  
scent, illam mulierem ad id subornarunt.

Exciderat ferè memoria frater Xuronus ( alij  
est Iacobus Huton ) Mediolanensis qui tamen ad

H  
B. Xuronus  
vel Iacobus  
Huton.

**E** Fratrem Laurentium natione Anglum, cuius  
**B. Laurentius** antea feci mentionem inter prophetas, lego  
virum fuisse vitæ sanctimonia conspicuum, &  
etiam dum viueret miraculorum virtute poten-  
tem, & futurorum multorum vatem certissi-  
mum: quidni ergo illum beatorum excipiat cœ-  
tus, quamtumuis hanc mortalem vitam quo  
tempore viuere desijt, non habeo compertum?

**F** Quoniam quo tempore hæc terrena taber-  
nacula reliquerint, me præterit, hic collocentur  
**B. Manes.** à nobis duo viri quos in Hispania habuit ordo  
spectabiles fama vt doctrinae, sic quoque vita  
probatissimæ, vni nomen erat frater Manes His-  
panus, & tum ab alijs, tum à D. Antonino ascri-  
bitur fuisse patris nostri Dominici carnalis frater.

3. p. hist. tit. 23  
cap. 4.

**B. Dominicus** Alter verò vocatur Dominicus, & fuit patris no-  
stri socius & comes indefessus in negotio fidei  
Catholicæ instaurandæ in Tolosana prouincia.  
Qui ambo postquam sincero corde & mente  
pura, ac prædicatione sedula domino inserui-  
runt, huius vitæ cursum sanctissimè miraculis  
clari finierunt.

**G** Prædictus frater Dominicus ille est, cuius me-  
minit in suo libro Iordanus, inter alia sanctitatis  
illius testimonia illud quoque referens, quòd pro-

huius decadis tempus, & ad hunc ordinem spectat. Hic enim diuino instinctu commotus, in transmarinas partes traiecit, illuc directus Apostolus & postquam fructuose admodum istud exercuerat munus in Cretenſi insula sanctissime diem clausit extremum, anno Domini 1120. uens ac vita functus miraculis coruscus, & ibi ab incolis ut sanctus colebatur, ut frater Seraphinus Kassius Italus habet.

*Alios plerosque viros sanctitate conspicuos qui sanctissimam vitam duxere, hic inserere pretermittimus. Eos enim reseruandos arbitror magis consultum usque in tempus exitus eorum a vita: quia ante hoc, omnis sanctitas incerta est, vel saltem perseverantia doni timore defectus.*

Communia.

1230.

A

Anno 1233, Gregorius nonus summus Pontifex. Beati Dominici patris nostri sacrum corpus a loco humili in quo primum fuerat reconditum, ad altiorem transferri iussit. Cui translationi presentes fuere ipsius etiam summi Pont. mandato Reuerendissimi Domini Archiepiscopus Rauennas, & episcopus Mutinensis, & Brixienſis, & Iornacensis, & innumera procerum multitudo. Multis autem miraculis quæ tunc patrauit Dominus, hoc etiam accessit, quod ex sacris offibus tanta tamque mira odoris fragrantia prodijt, ut odoramentorum omnium apotheca insignis paruisse videretur. Accidit etiam aliud non minus mirabile. Nam antequam translatio fieret, ipsius

Beati Dominici corporis translatio fit.

sepulcri terra in altum eleuabatur, quasi hoc ipsum quod summo Pont. Disponente iam iam faciendum parabatur, ipsa terra, ut sine mora fieret indicaret, & quod ista esset voluntas illius Domini qui cælum & terram condiderat.

Anno 1234. idem summus Pontifex cum multa solemnitatis pompa inter diuos retulit beatum Dominicum patrem nostrum, de eius sanctitate perhibens testimonium, quod præcedenti decade in beatorum classe retuli. Anno itaque 13. a trāsitu eius, & 18. a confirmatione ordinis inter diuos relatus fuit, a Gregorio 9. Patriarcha insignis Dominicus.

Anno 1232. aut circiter, in capitulo generali, celebrato Bononiæ, ordinarunt patres, ut religiosi conuentuū nostrorum septa non exirent pro effendis mortuis, nisi pro rege, episcopo, patrono vel Domino aliquo singulari. Nec est quod id alicui displicere debeat, vel id minus consonum reputare, nisi forsitan velit omnia inuersa, & non patiat ut quilibet ordo media ad suum finem proportionata amplexetur & tractet, & alia aliis relinquat ordinibus. Et quidem hac ratione motus Innocentius quartus, ne per illarum curam ordo noster, a suo proprio fine vllatenus impediretur, omnium monialium curam aliquando abstulit, vel auferet ab ordine, &c.

Anno 1236. naufragio periit Generalis Magister ordinis frater Iordanus Saxo, dum in terram sanctam nauigaret, & fuit sepultus in Achom. Inde autem ad duos annos conuenerunt patres, ut de moderatore toti ordini prouiderent. Erant autem tunc temporis clarissimi nominis frater Albertus

B

B. Dominicus inter diuos refertur.

C

Fratres nostri conuētus exire prohibentur ad effendum funera.

D

Magnus prouincialis Teutoniar, & frater Hugo de sancto Charo, prouincialis Franciar, in quo ambos tota vis eligentium declinabat, media parte vni, alij media alia adherente. Cumque in neutrum possent conuenire in fratrem Raimundum natione Cathelanum, patria Barchinonensem à talibus comitiis absentem conuenerunt tandem omnes. Qui importunitate precum detentus, licet ægerime, officium acceptauit, sedulo biennio ordinem rexit, & tunc officio cessit, postea 36. annis superuixit in ordine.

**E** Summus pontifex Gregorius 9. ordinauit animum probationis donari debere suscipientibus nostræ religionis habitum, & districtè inhibuit verbo, vel facto ad profitendum, vel renuntia dum sæculo cogere, aut quempiam inducere profumeremus. Ordinauit etiam, vt in professionis habitus benedicatur, vt per hoc professorum nouitiorum habitus sit distinctio, &c. Idem Innocentius quartus constituit.

*Apostolorum ord. chorus præclarus.*

**A** Frater Ioannes de Salerno, quem pater noster Dominicus suscepit ad habitum, per hæc tempora claret, Florætiæ Apostolici viri nuntia obierit. Et primò quidem per aliqua tempora non profectus à ciuitate fratres nostri mentionem habuere, sed demum ædificari cœpit ibi ord. nostri conuentus sancte Mariæ Niuellæ, & illius fundator, ac primus prior fuisse dicitur is frater Ioannes de Salerno, qui primò fuit cum 12. fratribus ex Bononia patre nostro Dominico Ripolim missus, distat lo-

Frater Ioannes à Salerno florentinorum Apost.

cus à Florentia per miliaria pauca) vbi illis oratorium dabatur; inde postea migrarunt ad Ecclesiam S. Pancratij & ex ista compulsi sunt adire aliam quæ dicebatur S. Pauli; & istam postea relinquere compulsi sunt, & fuit illis donatio facta alterius Ecclesiæ instrumento publico, quæ dicebatur sancta Maria Niuella, quam ingressi sunt anno Domini 1221. die 12. Nouembris vt frater Seraphinus Rasius Italus dicit in suo libello de beatis & ibi conuentum ædificare cœperunt.


Frater Robaldus à patre nostro Dominico Mediolanensem directus Apostolus, per hæc etiam tempora claret Mediolani, & (nisi fallor) conuentus nostri qui ibi est situs, & vocatur sancti Eustorgij, in quo requiescit corpus Beati Petri martyris, videtur fuisse fundator aut vnus ex primis fundatoribus. Qui sunt ergo religionis nostræ cultores & illius Apostoli, hunc Mediolanensem Apostolum in suis excipiant confessibus.

**M**  
Frater Robaldus Mediolanensem Apost.

**C** Fratrem Nicolaum de Iuuenatio, virum virtutis opinione clarum, conuentum nostri ordinis Perusij construxisse, author est D. Antoninus. 3. p. Histor. tit. 23. cap. 4. & cap. 9. refert quomodo Magister Iordanus Bisuntium transiens, ab Archiepiscopo Bisuntino, & à populo pio locum accepit ad construendum conuentum nostri ordinis. Ambo ergo Apostolorum ordinis sedes de iure sibi vendicant.

*Euangelistarum turba speciosa 1250.*

**F** Frater Pellagius Portugallus in Portugallia claret in ciuitate insigni Conimbrigeni, & tam



vita integritate & doctrina, quam etiam diti-  
 seminis feminadi peritia singulari & gratia ad-  
 natus, Dei nomen manifestat hominibus.

**B** Papiæ etiam exinij nominis habetur frater Ista-  
 arduus concionator feruidus & graciosus, & Flo-  
 rentiæ frater Octauatus sanguine & virtute illu-  
 stris, & concionator etiam egregius.

**C** Sed & fratre Petro Veronensi, qui postmodum  
 pro fide Christi occumbet, quis & sanctæ con-  
 uersationis exemplo, & doctrinæ euangelicæ gra-  
 tia, & laboribus pro fide Christi tuenda indefectis  
 assumptis, amplius hæc tempora decorauit?

**D** Frater Petrus Sendre, natione Cathelanus,  
 celebris famæ habetur in Hispania, & eum etiam  
 apud externos notissimum reddit & probatæ vi-  
 integritas, & in proponendo verbo Dei feruor &  
 gratia singularis.

**E** Teutonia duos viros graues opinione specta-  
 tissimos, Dei præcones famosos, ac moribus op-  
 timis micantes, nobis profert, quorum vnus frater  
 Henricus, alter verò frater Salomon nuncu-  
 patur. Quiambo totam Germaniam doctrina &  
 verbi diuini gratia, & hîc etiam miraculorum gra-  
 tia illustrarunt.

**F** Teutonem adhuc vnû lego ex partibus Treu-  
 resibus, & Gallum alterum, ambos Dei præcones  
 illustres & disertos, & quidẽ Teut. vocatur frater  
 Arnoldus, & Gallus dicitur frater Guilhelmus Cla-  
 retius. Si tamẽ non vna simul decas cõueniat an-  
 nobus, quæ sunt propriæ, singulis tribuantur.

*Doctorum conuentus inclytus.*

1230.

**A**

**V**T doctorum acies reddatur instructa, sup-  
 nominatis addendi sunt frater Raimundus

dePenna forti, natione Cathelanus, patria Barchi-  
 nonensis, iuris Canonici doctor excellens, &  
 Theologus præclarus, & vitæ sanctimonia perquã  
 venerandus, & frater Hugo de S. Charo, vel de  
 S. Theodorico, Theologus insignis, & diuinarum  
 scripturarum interpres facundissimus, & multa-  
 rum rerum cognitione fulgidus, & frater Alber-  
 tus cognomento Magnus, qui sui nominis splen-  
 dore non solam Teutoniã, sed & alias orbis par-  
 tes impleuit, & multiformis eruditionis supelle-  
 ctile habetur instructissimus. Hi omnes tres viri  
 ob eminentiam doctrinæ, tria lumina micantis-  
 sima, aut tres faculæ incensæ, quibus omnis ge-  
 neris ignorantia tenebræ pellantur, iure optimo  
 nominari queunt & debent.

*Pastorum acies veneranda. 1230.*

**A**Sserit Onuphrius in suo Chronico ecclesiasti-  
 co, fratrem Hugonem de sancto Charo, quem  
 in classe doctorum iam iam retulimus, anno Do-  
 mini, 1231. euectum fuisse ad Cardinalatũ cum  
 Iacobo de Vitriaco, sed eum falli in tempore præ-  
 bant vniuersa Chronica ordinis. Ipse Onuphrius  
 etiam in libro quem scripsit postea de Cardinali-  
 bus, eundem Hugonem ab Innocentio quarto  
 scribit factum Cardinalem.

Eodem anno 1231. aut circiter, summus Ponti-  
 fex Gregor. 9. fratrem Raimundum de Penna for-  
 ti Barchinonensem, virtum iuris Pontificij peritissi-  
 mum, & Theologum præclarum ad Archiepi-  
 scopatũ Terraconensem promouebat. Sed ille in  
 humilitatis imo fundatus, & diui Dominici patris

nostri vestigijs inhærens acceptare noluit; Autho-  
est Ar. Pont. Burdegallus in suo Chronico.

C Eodem anno frater Raimundus de Miro mon-  
te, Castro Diœcesis Tolosanæ, eidem ecclesie  
Tolosanæ præficitur, in qua boni pastoris munus  
diligenter exercuit per 39. annos, quibus in ep-  
scopatu vixit, vt quidam de illo asserunt. Alii  
qui eum ad hanc dignitatem promotum fuisse  
anno Domini 1236. scripsere, & obiisse anno  
Domini 1241. Sed id minus veritati consonum  
arbitror.

D Frater Ioannes Teutonicus vir vita integerr-  
mus, doctrina clarus, & pastor optimus, Bosniæ  
sis, sit præful ecclesiæ in Hungaria & boni pasto-  
ris per aliqua tempora munia obiit. Sed demum  
episcopatu cessit, magis eligens pauperem vitam  
& ad ordinem est reuersus, & anno 1240. (alibi  
1241.) quando frater Raimundus de Penna for-  
generalitatu cessit, fuit ad illum assumptus.

Frater Thomas Brabantinus in suo lib. que  
scripsit de apibus, multa huius viri encomia nar-  
rat, eum consulat ibi qui plura desiderat nosse  
illo.

E Per hæc tempora frater Rainerius in Roma-  
ria vicecancellarius, sit Maglonensis ecclesiæ  
tistes, & frater Rogerius Calcagnus ad Castre-  
sem sublimatur episcopatum. Vnus & alter  
prudencia & cura suas oues regit, & pascit,  
que à luporum infernalium faucibus tum  
piunt, tum etiam ne rapiantur, diligenter culti-  
diunt.

F D. Antoninus, 3. p. histor. tit. 23. cap. 21. scri-  
bit, fratrem Bonifacium de Lauagna Archie-

scopum Rauennatem, & fratrem N. Archiep-  
Confanum & fratrem Stephanum Archiepiscopum  
Trechamen. Sed dum eos recenset infimul,  
& apud alios quæ eis distinctè tempora compe-  
tant, non inuenio. In confuso sic coniunctos eos  
hic recensere suffecerit.

*Beatorum castra felicia. 1230.*

F Frater Ioannes, & frater Nicolaus, natione Hū-  
gari, & ambo episcopali dignitate insigniti per  
martyrium pro Christo susceptum caelestia habi-  
tacula possederunt. Et illorum primus, vt alter  
Christi Apostolus Bartholomæus, fuit excoria-  
tus; secundus autem vt Christi protomartyr Ste-  
phanus, lapidatus, & postmodum gladio trans-  
fossus, vitam mortalem viuere desuit, & ante tem-  
pora passionis multa gertulere, quia fuerunt heret-  
icorum Censores acerrimi.

Frater Berengarius, Archiepiscopus Craco-  
niensis in regno Poloniae etiam pro Christo in la-  
tere dextro vulneratus vitam amisit, vt eam inue-  
nirer in caelis. Et frater Bartholomeus Ceru-  
erius, hæreticæ prauitatis inquisitor, & fidei Catholice  
prauitatis inquisitor, & fidei Catholice propu-  
gnator strenuus, pro illius defensione occisus in-  
terit in conuentu Sauillicensi.

*Aliqui tamen hos duos Christi martyres ex duos  
precedentes ad Decadem anni 1250. aut ad ali-  
quam ex vicinis arbitrantur.*

F Frater Paulus Hungarus, qui fuerat in Hunga-  
riam directus Apostolus cum socijs aliquot,  
Hungarus.



postquam multum populum Domino acquirit, & conuentus aliquos ord. in illo regno funduit, apud regionem quę dicitur Struthium ab hereticis fuit pro Christo occisus. Duo etiam illius socij ab infidelibus Cumanis fuerunt interfecit pro Christo. Sed & hunc aliqui ad vnam aliam decadē ex sequentibus etiam referendum putant.

D

B. Boninſenſia.

Frater N. Boninſignia, natione Florentinū dum Christum conſiteri non deſinit, à ſummū vertice ad aures vsque ſerra ſecatur. Terque quaterque beatus qui animam ſuam in hoc munū perdēs, in vitam æternam illam meruit cuſtodire.

E

B. Ioannes Vincius.

Frater Ioannes Vincius, vir religioſiſſimus ac ſacerus, D. Dominici patris noſtri filius, & præceptor excellēs, anno Domini 1223 cœpit Bononię clarē miraculis. Fuitque ille adeo potens in horum operatione & virtute, vt decem vita ſanctos ad illam uocaffe, & plurima alia patraſſe ſtupenda litterę prodatur monumentis, vt author eſt Surius in ſta beati Dominici patris noſtri lib. 7. cap. 2.

F

Huius decadis tempore habuit multum vni gloriari poſſet in Domino Teutonia tam felix clariffimorum virorum copia, quam hoc ſæculū quo hoc chronicon ſcribo, infelix ob heretiſimam Germaniam deuorantem. Tulit itaque hac ætate virum vnum cui nomen erat frater Salomon, diuini verbi gratia, & doctrina pariter vitę ſanctimonia clarum, & miraculorum conſeſum. Qui obiit in conuentu noſtro Colonia anno Domini 1239.

G

B. Volandus. Alios duos etiam tulit viros hac ætate clariffimos, & ſanctitatis eximias, quorum vni frater Volandus nomen erat, & fuit præfectus conuentus

noſtri Argentinēſis, & miraculis fulſit. Eum poſtquam viuus exceſſerat, extra ſuę ciuitatis terminos educi Argentinēſes minimē voluerunt permittere, eius corpus vt inſignem theſaurum ob vitam ſanctiſſimē actam aſſeruantes. De illius conuerſatione ſanctiſſima multa habet Thomas Brabantinus in ſuo libro de apibus. De illo etiam memoratur, quod viuens conſueuerat ſæpius ſe crucis munire ſigno ſupra pectus, & quod multo tempore poſt eius obitum fuit illius corpus exhumatum, & inuentum quod oſſa pectoris incrementum ſumpſerant, & crucem quandam pulcherrimam & valdē proportionatam ipſa oſſa extruxerant. Obijt Moguntię anno Domini 1237.

Alteri nomen fuit frater Guinandus, qui vir fuit reſtus, timens Deum, & recedens à malo, & illius vitę ſanctimonia miracula multa quibus claruit, abundē comprobarunt. Obijt autem ille circa annum Domini 1235. ve frater Seraphinus Razius inquit.

Duos alios Teutones, vitę probatiſſimę, lego ad hanc vel ad ſequentem decadē pertinentes, quorum vnus frater Helgerus fuit dictus, & fuit filius cuiuſdam comitis nobiliſſimi; & in conuentu noſtro Friſacenſi obiit, & tam vitę introitum, quàm exitum habuit ſanctiſſimum. Dúmque priorem ageret in præſato conuentu, claruit ſub eo quidam pater frater Conradus, vir etiam mirę ſanctitatis & tam ille, quàm hic miraculorum virtute coruſcauit. Et inter alia quę de iſto referuntur, quod etiam mortuos ad vitam reſuſcitauerit, ſcribit Leander lib. 5. de vitis illuſtribus.

H

B. Guinadus.

I

B. Helgerus.

B. Conradus.

**K** In Narbonensi Gallia per hæc tempora quæ præcesserunt, celebris fuit famæ frater Bertrandus: & anno 1230 aut circiter, obiit. Qui fuit sanctissimus, & illi aliquando beatus Dominicus pater noster interdixit ne ipse proprias culpas deflaret (adeo nimius hac in re erat, cum tamen foret vitæ probatissima) sed aliorum. Quæ ipsa ipse capescens, seruauit exactè in posterum & pari sine vitam quam degerat, sanctissimè conclusit, & ex hac luce terrena migrans ad illam inaccessibile diuinam, qui vt lucis filius ambulauit.

**L**  
B. Iordanus  
Saxo.

Frater Iordanus, natione Saxo, qui post beatum Dominicum patrem nostrum totius religionis nostræ moderator fuit per quatuordecim aut circiter, annos, dum in partes transmarinè nauigaret, & terram sanctam inuisere velleret, & religionis nostræ operarios illuc directos apostolos, & in euangelio Christi disseminando laborantes strenuè, vitam cum morte commutauit anno Domini 1236. aut sequenti, & fuit sepultus in ciuitate Achom, & miraculis extitit clarus vt frater Seraphinus Razius dicit, qui etiam aliter cum illo naufragio periisse non procul ab Achione duos socios & 99. personas alias.

**M**  
B. Rolandus.

B. Moneta.

Nunc ad hanc decadem vel ad sequentem sint referendi, ambigo, frater Rolandus, & frater Moneta, ambo Cremonenses, quos ad habitum suscepit beatus Reginaldus. Viri fuerunt ambo religionè conspicui, & miraculorum virtute potentes. Prior autem in effugandis dæmonibus fuit valdè mirabilis & excellens. Monetæ autem huius qui maiorem notitiam cupierit, legat fratrem Seraphinum Razium.

Anno Domini 1239. extremum diem clausisse in Flandria in conuentu Gandensi fratrem Ægidium Odomarensem, virum vitæ integerrimæ cui fuit diuinitus illius obitus dies reuelata etiam cum sanus esset; & etiam per quot dies purgatorij pœnas deberet perpeti, & fratrem Odonem, cui etiã fuit reuelata dies transitus sui & ille idipsum fratribus aperuit; scribit frater Seraphinus Razius & eos in beatorum collocandos classes tam ex his, quàm ex retroacta vita probatissima putat, & his etiam annumerat fratrem Galterum Teutonem burgensem.

B. Ægidius  
Odomarësis.

B. Odo.

B. Conradus.

Fuit etiam frater Conradus Teuto in conuentu Frisacensi, vir sanctimonia vitæ conspicuus, qui & viuens & vita sanctus multis miraculis claruisse proditur, & inter alia quod à morte ad vitam tres mortuos reuocari; scribit idem dictus Seraphinus Razius.

Communia.

1240.

**A** Nno 1240. (aliis 1241.) post cessionem generalatus Raimûdi fuit electus in generalem M. ordinis frater Ioannes Teutonicus VVesphalis, diœcesis Bremensis, qui primò fuerat provincialis Hungariæ, & postea Bosinensis Ecclesiæ præful, & post aliqua tempora in episcopatu transacta episcopatu cessit, & tunc fuit provincialis creatus Lombardiæ, ac demum Generalis M. ord. Quo officio functus fuit per duodecim, aut circiter, annos, cum multa prudentia & ordinis incremento: & tandem omnium virtutum genere conspicuus, obiit feliciter Argentinæ anno Domini 1253.

A

**B** Anno 1241. cum non pauci nostri ord. fratres in Tolosana prouincia fuissent pro fide Christi hæreticis trucidati, & qui in uivis adhuc agebant pro fide Christi ab hæreticis multum affligerentur propter sanctæ inquisitionis officium, quod nostri fratres in hæreticos ubique exercebant, ecclesia autem tunc pastore careret; Cardinales illi stricissimi & Tolosana prouinciæ moderator, & fratribus nostris illi subiectis communes literas direxerunt tenoris huiusmodi.

**C** Nostis, charissimi filij, qualiter ordo vester defensionem fidei, plantationem morum, consolationem & ædificationem fidelium, ad extirpandas hæreses ac cæterorum vepres & tribulosiorum à sanctissimo patre Dominico in Tolosanis partibus fuerit institutus; & ne vestro sancto proposito possent inferre aliquid maculæ infideles, possessionibus & cæteris mundi omnibus legatis, subiecistis colla vestra iugo volutarie perturbatis, & ad legem & testimoniū magis ac magis vestros animos conuertentes, obtinuistis à Domino, vobis dari linguas cælitus eruditas. At qui dum more phreneticorum insanientes in suis medicos spirituales (quod intelleximus cum dolore) horrendam immanitatem exercuerunt in seruos Dei inquisitores, & eorum socios, & ministros: quibus non potuerunt tantum afficere, do proficere, quantum gladiis prosequendo profuerunt. Nam per hoc (vt credimus) effecti sunt martyres Iesu Christi, concurrentibus non solum mortis causa, sed & tempore mortis in genere, modo, & circumstantiis vniuersis, &c. ex libro quod dicitur Vitæ fratrum nostri ord. parte vltima.

Litteræ Cardinalium ad religiosos nostræ Tolosana prouinciæ.

Anno 1246. cum Tartari orientales & Aquilonares prouincias crudelitate nimia diuexarent, & cædibus implerent; summus Pontifex Innocentius quartus ad eos ordinis nostri fratrem Anselmum, virum grauem cum aliquot sociis direxit in Persidem, eorum duci litteras destinando, quibus exhortabatur ab illis rebus abstinere, fidem Christi suscipere, & Deū colere. Quanta verò & qualia idem patres ea in legatione perpeffi fuerint, narrat D. Antoninus 3. p. histor. tit. 13. cap. 5.

Anno 1247. cum beatus Ludouicus rex Franciæ in regnum Cypri peruenisset, Tartarorum Imperator, qui magnus canis dici consuevit, ad eum legatos misit, per eos illi congratulando de felicitate eius aduentu ad illas partes: significabat quoque, quod ipse & multi ex suis fidem Christi susceperant, seque offerebat ad impugnandum quoque Saracenos. Qua de re rex Christianissimus fratrem Andream de Lonsimer ordinis nostri, qui aliquando apud eosdem Tartaros Christi fidem euangelizarat, & eorum linguam pro parte noverat, ad eundem Imperatorem destinauit legatum. Is ergo comitatibus duobus sociis etiam nostri ordinis cum literis regiis, & etiā legati summi Pontif. qui in castris erat ad eū profectus, fuit, &c. D. Antoninus 3. p. histor. tit. 19. cap. 8. SS. 21.

Per hæc tempora fratres nostri magnas perpeffi sunt ab hæreticis persecutiones, & res eò tandem deuenit, vt in Tolosana prouincia edicto principis (qui & ipse hæreticis fauebat impenfè) fuerit prohibitum, ne quispiam aliquod commercium haberet cum nostris fratribus, nec eis aliquid venderet vel donaret, & ad omnes portas

**D** Frater Anselmus mittitur à Summo Pöc. legatus ad Tartaros.

**E** Frater Andream à rege Franciæ legatus mittitur ad Tartaros.

**F** In Tolosana prouincia fratres nostri multa patiuntur.

conuentuum positi fuere custodes, ne aliquid uirtualium illis de foris inferretur. Cumque omnes se iam pararent ad passionem pro fide Christi tollerandam, & ab obedientia Rom. ecclesie dimoueri nulla tenus possent: eiusdem principis mandato expulsii sunt à ciuitate. Ibantque ipsi, ut olim Apostoli, gaudentes quoniam digni sunt pro nomine Iesu contumelias pati, & exeuntes, Symbolum Apostolicum & Salae regina, alta voce cantabant. In conuentus uero complures nostri ord. iidem haeretici ut rabidi canes saeuientes, omnia destruebant, &c. D. Antonin. 3. p. histor. tit. 3. c. 10.

**G** Per haec tempora nostri ord. fratres plurimam perpessi sunt tribulationes, praesertim in terris imperio subiectis: & ratio est, quia summus Pontifex Fredericum Caesarem & filium eius Conradum iam in regem Rom. electum, quia ecclesiam mirum in modum diuexabant, excommunicauit, subditos à iuramento fidelitatis absoluit, eosque imperio & regno deposuit, & imperij terras interdictione supposuit. Et quia nostri fratres interdictionem seruabant, multa perpetiebantur iniusta ab illis qui Imperatori fauebant: unde Tigureses religiosos nostros monasterio expulerunt, ut Munist. refert lib. 3. suae cosm. cap. 58.

**H** Haec & similia tempora praedixisse uideretur Abbas Ioachim, quando nostri ordinis ortum in Deo ecclesia prauidens, dixit de illo inter alia, ut idem D. Antonin. refert. quod in uulua spiritualis ecclesiae atque perfectae doctrinae esset sanctificandus, ac si alius Beniamin filius non tam doloris in poena, quam dextrae scilicet exultationis in gloria. Tales in proximo, (aiebat ille) pariet ecclesia

iam senescens. Tales Rachel plorabit filios à rege impudenti & quasi altero Herode occidendos. Qui propterea dicti sunt doloris filij, quia contritis eis spiritualis religio praegangustia temporis non potuit consolari: sed tamen & ipsi filij dextrae dicuntur, quia unde in eis & pro eis mater ecclesia premitur, inde de eis & cum eis aeterna patria iocundatur. Hi sunt fideles in doctrina, spirituales in uita, obediens in pressura. Haec ille.

Anno 1242. aut circiter, in capitulo generali, celebrato Bononiae, fuit per patres ordinis constitutum, ut priores conuentuum, postquam duos annos in officio completerent, ipso iure essent absoluti, & prouinciales etiam in officio prouincialatus quatuor annis completis, ipso facto essent absoluti, nisi forsitan Magistri ordinis electio illa anno foret celebranda, quia in tali casu prouinciales in officio usque ad electionem Magistri ord. possent permanere. Et capitulo generaliter 28. fuit ordinatum de eisdem, quod ad eadem officia in eisdem prouinciis & conuentibus illi non eligerentur, nec illi in priores, nec isti in prouinciales.

**K** Anno 1244. electus fuit summus Pontifex Innocentius quartus, qui primo sui Pontificatus anno ordinauit, ut generalis Magister cum esset electus, eo ipso haberet potestatem & plenam auctoritatem super uniuersos ord. Fratres; & quod posset deponi ab officio à definitoribus capituli generalis. Concessit etiam, quod non possimus cogi ad collectas faciendum, nec etiam conueniri per literas Apostolicas, nisi in illis fiat expressa mentio nostri ord. & quod de hortis & virgultis, nostris exsoluere decimas minime teneamur; &

**I** Priores Biennio solum prouinciales quadriennio in officis durent.

Religiosi nostri ordinis multa perpetiuntur.

3. p. Histor. tit. 37. cap. 1.

quòd tempore interdicti possimus in nostris ecclesiis & in aliis, in quibus illa & apostolico celebrantur indultu, celebrare diuina, &c.

L

Idem summus Pont. fratribus nostris qui ad Orient. partes mitterentur ad prædicandum, concessit, vt ibidem communicare possint in verbo, cibo & aliis cum illis rationibus, etsi excommunicationis vinculo irretita sint; dummodò tamen diuina non celebrent in eorum ecclesiis, si terra hæreticorum foret, vel schismaticorum. Concessit etiam, quòd eisdem excommunicatis possint absolutionis beneficium impendere, si ad unitatem uellent redire ecclesiæ, & dispensare cum illis si per eo quòd forsan excommunicati celebrauerint diuina; & cum illis etiam qui infra ætatem legitimam, vel temporibus indebitis ordines susceperunt, aut omnes eadem die: aut qui superiores contulerunt, prætermisiss minoribus: & quòd etiam dispensare valeant in matrimonijs contra editis in gradibus prohibitis, dummodò non legediuina; & quòd clerici etiam ad ecclesiam redeuntes, clericali gaudeant priuilegio, & à religioni Christiana apostatas, ad ecclesiam redeuntes, reconciliare valeant

M

Idem summus pontifex indulgit, vt nostro collegio aggregari volentes (si fortè excommunicati sint) possint priores absoluerè, dummodò prius satisfecerint. Et quòd nullus siue in religionem aliqua siue extra constitutus, habitum nostrum aut illi ita consimilem, quòd pro prædicatore creandi possit, gerere valeat. Concessit etiam, quòd ad munus correctionis, vel visitationis impendendum ecclesiis, aut monasteriis, non possimus

sumi, nec ad exequutiones causarum, vel denunciationes excommunicationum, nec ad recipiendum curam monialium seu religiosarum quarumlibet, nec etiam per litteras apostolicas, nisi in illis fiat expressa mentio huius indulgentiæ & concessionis, &c. Et hæc concessit summus Pont. ne scopus nostræ religionis impediatur per prædicta.

Concessit idem summus Pontifex, vt in terris excommunicatorum liberè possimus commorari, & ab eis necessaria petere & recipere; & quòd Apostatas ord. per quoscumque capere possimus, ligare, & carceri addicere, in quocumque habitu sint. Et etiam quòd eiectione ab ordine, possint ad quosuis alios ordines transire ( præterquam ad illos qui arma portant) cum licentia tamen & litteris prælatorum, aliàs non possint recipi, nisi de licentia sedis apostolicæ; & quòd iidem expulsi ab ordine, vel egressi suo proprio motu, non possint prædicare, vel confessiones audire, nisi de licentia ordinis, aut sedis Apostolicæ ad alium ordinem transirent, & si secus faciant, per prælatos ord. possint excommunicari. Declarauit etiam, quòd illi qui habent à sede apostolica licentiam generalem audiendi confessiones, non propterea possint fratrum nostri ord. confessiones audire. Religiosis quoque nostri conuentus Mediolanensis concessit, vt hæreticos ab hæresi ad fidem conuersos possint ad habitum suscipere.

Per hæc tempora aliqui episcopi fratres nostros grauabant in multis: volebant enim eorum confessiones audire, eucharistiam illis exhibere, & in suis ecclesiis sepelire, & exequias celebrare, etiam

Multis nos Innocent. 4. liberat, ne per ea scopus nostræ relig. impediatur.

Expulsi à nostro ordine quid possint, vel quid nō.

interdicebant, ne in nostris oratorijs possemus charitiam seruare, nec campanam habere, nec cœmeterium, &c. & de multis alijs se volebant tromittere & disponere, quæ omnia erant in grauiamen nostri ord. A quibus omnibus & ab alijs grauiaminibus nos absoluit summus Pont. illis rigorosè interdicens & quibusuis alijs, ne de his amplius intromittant, &c.

**P** Idem Innocent. quartus, cum ad eum venisset fratres Carmelitæ, supplicantes eam quam habebant regulam in multis obseruatu difficillimam aliquantulum mitigari, id negotij commisit fratri Hugoni de sancto Charo Cardinali, & fratri Guilhelmo Aniacensi episcopo. Qui ambo erant fratres ord. nostri, & viri prudentissimi, & ipsæ constitutiones præscripserunt, & regulam moderati sunt, vt secundum huiusmodi moderationem se deinceps dirigerent. Et quæ illi hoc in negotio præstiterunt, fuerunt ab eodem Innocentio quæto confirmata, anno Domini 1247.

*Prophetarum prouidus chorus 1240.*

**A** **C**laret frater Petrus Veronensis, qui inter alia quæ habuit sibi diuinitus collata dona, etiam fuit prophetiæ gratia decoratus.

**B** Frater Mauritius, ex Regum Hungariæ sanguine ortus, vir fuit & miraculorum gratia clarus & multorum futurorum vates certissimus. Sed dum hereo, quoniam claruerit tempore, cum consuetudine dubitationis notula signatum in marginibus hîc collocare placet.

Sed & fratrem Nicolaum, qui fuit nostri conuentus Auinionensis prior, & per multos dies ante

obitus sui diem prædixit (vt refertur in lib. qui dicitur Vitæ fratrum nostri ord.) hîc etiam locare lubet inter prophetas, eodem tamen dubitationis obelisco adnotatum.

*Euangelistarum caterua insignis 1240.*

**A** **F**orsan alibi minùs conuenienter locabitur, quàm hîc, vt sit harum copiarum veluti ductor & coryphæus frater Benedictus de Ponte, vir religionis obseruantissimus, in prædicatione feruidus, & lachrymarum dono à Deo decoratus, qui in Hispania, Francia, Aquitania, & ultra mare in Syria diuinum verbum prædicauit indefesse & fructuosissimè, ex lib. qui dicitur Vitæ fratrum nostri ord.

**B** Frater Mauritius Tolosanus, frater Hermanus Teutonicus, ambo viri eximij nominis, & sanctitatis opinione celebres & concionatores optimi reputati, hæc tempora non modicum reddiderunt illustria.

**A** Sed & fratrem Gualterum Remensem, & fratrem Paulum, & fratrem Ioannem Ballistarum diuini verbi præcones egregios, & doctrinæ non contemnendæ viros num alius euangelistarum chorus, quàm hic, excipiet æquius?

*Doctorem cætus insignis 1240.*

**F**rater Thomas Agni de Perentino Siculus, qui nostrum D. Thomam Aquinatem suscepit ad habitum; & frater Vincentius Belluacensis, viri longè doctissimi, & hic præsertim in euoluendis

Sumus Pont. regulam Carmelitarum moderandam committit duobus prælatibus nostri ordinis.

quibusuis annalibus & historiis diligentissimam iam per hæc tempora noti habentur, & multo erudiunt. Quibus duos viros etiam graues doctrina non ignobiles coniungere libet, scilicet fratrem Petrum Remensem Gallum, & fratrem Iustinum. Quæ autem illi ad posteros opera transmiserint huius nostri Chronici liber cundus indicabit.

*Pastorum conuentus eximius 1240.*

**A** **O**Mnium pastorum ductor futurus in hac eade, occurrit frater Hugo de S. Char. Lugdunensis ecclesiæ præsul, qui anno 1244 Cardinalitiam dignitatem peruenit, fuitque primus ex nostro ordine qui illam obtinuit: & vixit illa vsque ad annum 1264. Requiescit in conu. tu nostro Vrberetano. Quod autem Onuphrius suo Chronico ecclesiastico eum Cardinalem serit creatum anno Domini 1231. iam antea diximus, quod vniuersa Chronica ord. id falsum declamant.

**B** Anno Domini 1240. aut circiter, frater Remundus ex Gallia Narbonensi fit Grassensis ecclesiæ episcopus; & frater Petrus Remensis Gallus fit etiam Aganensis ecclesiæ præsul, & frater Guido de Turre Claremontanus eidem Claremontensi ecclesiæ præficitur: omnes tres fuerunt viri eruditi, & in pastoralis munere excellendo vigiles, & ideo his nominibus & gratæ probæ merito, omni veneratione dignissimi.

**C** Fratrem Simonem ex Glisso Magloniensis

ecclesiæ præfulem, & fratrem Clementem Scotum in regno Scotiæ antistitem, viros & vitæ merito & doctrinæ venerandos, opere & sermone potètes, & rutilos missosne faciam? sed et si hoc attemptem, quæ est omni tuba clarior vita, cunctis efficiet notissimos.

Eodem tempore frater Bartholomæus Vincētinus ex magistro sacri palatii efficitur episcopus. Et postmodum fit Vincentinæ ecclesiæ antistes. Eius fit amplior mentio in lib. secundo huius nostri Chronici. Illum summus Pontifex aliquando misit legatum ad regem Franciæ beatum Ludouicum, fuitque ab eo magni habitus, vnde & illi donauit vnam spinam sacrae coronæ spinæ Domini nostri, quam ille ad suam ecclesiam reuersus contulit, & fuit ab vniuerso suo populo honorificè valde receptus, concinentibus cunctis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Claret in suo episcopatu Aniacatensis ecclesiæ frater Guilelmus, vir cum magnis conferendus meritò, & pastor etiam prudentissimus & peruigil, qui à summo Pontifice cum Hugone Cardinale deputatus fuit, vt regulam fratrum Carmelitarum de nouo siue componerent siue moderarentur.

Ad hanc, vel ad præcedentem pertinet decadem frater Reginaldus, qui primò fuerat Pœnitentiarius Papæ, & inde assumptus, & Archiepiscopus Armachanus, Hyberniæ primas, factus. Hic Bononiæ fuit præsens, cum beatus pater noster Dominicus panes pauculos, ad fratrum inopiæ subueniendum, miraculosè multiplicauit. Fuit vir grauisissimus, pastor optimus, & omni memo-

ria & obseruantia dignus.

**G** Frater Constantinus, Vrbenetanus episcopus & frater Martinus. & frater Ioannes ambo Poloni, ecclesiam Dei suo ministerio multipliciter auant, ille in regno Poloniae Antistes, hic in Pisanæ ecclesiae Archiepiscopus factus (vbi Chronico dicit frater Ioannes de Cruce 4. cap. 23.) omnes tres fuerunt viri admodum graues, doctrinae non vulgaris, & in pastorali munere obeundo seduli.

**H** Fratrem N. Guallem Longobardum per haec tempora euectum fuisse ad Brixienfis ecclesiae praesulatum, vel in illo claruisse lego, virumque fuisse, cuius mentio satis ampla & commendanda fieri deberet. Hic prior erat conuentus nostrae Brixienfis, cum pater noster Dominicus haec terrena bernacula reliquit, & illi eiusdem patris Dominici fuit gloriosus transitus visione quadam monstrata diuinitus, vt D. Antoninus testatur 3. p. histor. tit. 23. cap. 4. fuitque vir grauissimus, & pastor praclarus.

**I** In eodem D. Antonino, eodem tit. & cap. legitur fuisse episcopum eiusdem Brixienfis ecclesiae fratrem Cerardum, & Fauentinae fratrem Gregorium Florentinum, sicut etiam Ariminensis ecclesiae antistitem fratrem Vgolinum, & per hunc fratrem Laurentium, & post istos fratres Hieronymum, & fratrem Ambrosium, & proinde eos licet ita compressos & indistinctos hinc nunc nere libet, tamdiu, quousque plurium annalium euoluendi monumenta, vnde eos commodè dinare queam, fiat commoditas maior. Neque enim eos triuiales quispiam arbitretur propter

nam & doctrinae & religionis praestantia conspicui fuerunt: & in pastoralis cura regiminis in nullo negligentes.

Etiam non nihil haere, quoniam locus commo-  
de capere queat fratrem Ioannem de Periechtem-  
berch Ratisponensis ecclesiae praesulem, virum  
multis, rationibus grauem & venerandum; & in  
suis pascendis ouibus sedulum: eum tantisper hic  
hospitio saltem libet excipere.

*Beatorum sacer conuentus 1240.*

**A** Anno Domini 1242. die 29. Maij, ipsa nocte Ascensionis Domini apud Auinionem in Tolosana prouincia in camera Comitis Tolosani pro fide Christi martyrio coronati fuerunt frater Guilelmus Arnoldi de Monte-pessulano, censor haeticorum. Qui fuit in iure canonico doctor valde famosus, vir prudentissimus, & vitae sanctitate eximius, & frater Bernardus de Rupeforti, & frater Garcias de Aura: & multis postmodum claruere miraculis. Quorum plura quae eorum meritis operatus est Dominus, refert frater Seraphinus Razius. Hos Christi martyres appellabant Cardinales in literis quas ad nostros fratres dederunt, quarum memini inter communia. At tamen D. Antoninus 3. p. histor. tit. 23. cap. decimo, id accidisse ait anno Domini 1252.

**B** In eadem Tolosana prouincia sex religiosi nostri fuerunt ab haeticis decapitati iussu Tolosani comitis, quorum corpora trunca, capitibus acceptis in manibus, ad conuentum reuersa fuisse memorantur, id patrante Domino ad veritatem fidei, pro

K

A

B. Guilelmus  
Arnoldi.

B. Bernardus  
de Rupe-  
forti.

B. Garcias de  
Aura.

B. Beati sex pro  
fide Christi  
occisi in To-  
losana pro-  
uincia.



qua illi occubuerant, & eorum sanctitatem com-  
monstrandum. Sicut etiam refertur de Parificen-  
sium Apostolo D. Dionysio, siue Arcopagita illi  
fuerit, vel alius.

C

B. Pontius  
Hispanus.

Anno 1243. pro fide Christi passus est, ab ha-  
reticis illi veneno propinato, frater Pontius Hispa-  
nus hæreticorum censor apud Vergellam Cathro-  
loniæ ciuitatem, vbi miraculorum plurimum gra-  
fulsit. Leander lib. 5. de viris illustr. id accidisse  
anno Domini 1262.

D

Ad huius etiam decadis tempus attinere videtur,  
quod in Hugaria confinio in Bosra & in Di-  
matia triginta duo fratres nostri à Turcis illas pa-  
tes inuadentibus fuerunt pro Christo aquis sub-  
mersi. Ad quorum gloriam demonstrandum quo-  
libet anno in die passionis eorum, operante De-  
mino, totidem luminaria apparere consueuerat  
in eodem loco passionis eorum.

Triginta duo  
religiosi no-  
stri martyrii  
subeant.

E

Duo nostri  
ord. fratres  
apud Cumanos  
pro fide  
occiduntur.

Anno 1242. apud Cumanos (populi sunt Huga-  
ris finitimi) duo fratres quorum nomina no-  
produntur, post multorum conuersionem, & fi-  
cræ fidei prædicationem feruentem, fuerunt à  
infidelibus interfecti pro Domino.

F

B. Albertus  
vel Adrianus  
cum 26. fra-  
tribus pro fi-  
de Christi  
trucidantur.

Frater Albertus (aliis est Adrianus) magister  
in Theologia, & prior conuentus vnus cum  
ginti sex fratribus pro Christo passus fuit à Turcis  
& ligno affixus: & ita omnes martyrij coronam  
adepti fuere.

G

B. Mauritius,  
vel Mutius.

In Tolosana prouincia sanctitatis splendor  
fulsit frater Mauritius (aliis est Mutius) qui fuit  
miles Christi insignis, & concionandi gratia illu-  
stris, & hæreticorum insensibilis hostis, eo-  
rum verò quæ regularis erant disciplinæ obse-

uator maximus. Qui etiam viuens miraculis  
claruit. Nam patribus Minoritis in Albia mi-  
raculose suis precibus & meritis apud Deum,  
cùm aquæ nimia premerentur inopia, fontem  
suscitauit, vt alter Moyses Dei populo in deserte-  
to, & veluti Clemens Christianis in exilio con-  
stitutis. Huius rei fit mentio in Chronica pa-  
trum Minorum p. 2. lib. 4. cap. 25. Obiit hic  
beatus Mauritius anno Domini 1249. in Albia,  
& sepultus fuit ibi apud Minores, eo quod  
conuentum ord. ibi non haberemus. Ad cuius  
sepulchrum innumera sunt patrata miracu-  
la. D. Antoninus videatur 3. p. histor. tit. 23.  
cap. decimo.

H

B. Henricus  
Teuto.

Frater Henricus, natione Teuto, vir vitæ pro-  
batissimæ, qui etiam viuens miraculis fulsisse  
proditur, & diem clausit extremum Hierosoly-  
mis reuersus in societate beati Ludouici regis  
Franciæ. Hac decade vel aliqua ex vicinis sedem  
sibi vendicat.

I

Hoc loco etiam meminisse lubet illius viri san-  
ctissimi, qui in Portugalliæ ciuitate Conimbrici  
centi celeberrimi nominis erat, & dictus fuit fra-  
ter Pelagius, qui & illius conuentus primus ex-  
structor fuisse creditur, & miraculorum virtute  
crebra fuit illustratus à Domino, & in illa ciui-  
tate ab vniuerso populo pro diuo colitur. Cu-  
ius obitus diem cum ignorem, hic eius memi-  
nisse suffecerit. Duo sunt autem in illo con-  
uentu quæ huius viri Dei sanctimonix ascri-  
buntur ab omnibus, & adhuc hodie in illo in-  
uisuntur, vnum est, quod cymbalum ipsum,  
quo ad ecclesiam solebat populus conuocari,

B. Pelagius  
Portugallus.

Duo valde  
insignia quæ  
sunt in Por-  
tugallia in  
conuētū Cō-  
imbricā.

pro parte non modica habet veluti adiectum a quantulum, ad instar quo interdum frustus panni noui adiicitur veteri vesti, vt refecta integretur. Et huius ea per traditionem accepta antiquis causa esse dicitur, nempè quòd cùm illud cymbalum funderetur, & materia quæ ad illud habebatur, sufficiens crederetur, in effusione iam facta, post materiam liquefactam deprehensum fuit, quòd materia deerat, & oportebat oleum & operam perdere (vt aiunt), nisi materia accresceret, quæ defectum suppleret. Quæ deficiente vel ipsemet Pelagius (vt nonnulli putant) vel (vt aliis placet) religiosus aliquis tota fide plenus, & beati huius Pelagij auxilium poscente confidentia magna concepta de illius meritis & intercessione, terræ quantitatem aliquam superfluatam coniecit in fornacem, quæ miraculose liquefacta, quasi conueniens foret materia, illum suppleuit defectum, & sic fuit cymbalum perfectum, manente nihilominus huius alienæ & adiectitiæ materiæ euidenti à Deo signo, vt tantum miraculi virtus & facinus nulla possit hominum obliterari obliuione, vel malitia negari. Alterum notabile, quod in eodè conuètu etiam tribuitur huius beati sanctimonix, est quòd turris ipsa, in quod dictum est positum cymbalum, cùm illud pulsatum ad modum quo tremuli homines, in vnâ & alteram partem inclinâtur, in vnâ & alteram partem commoueri videtur, cùm tamen sit ædificium fortissimum. Et si ex fundamento minus solidò proueniret, iam & vi tempestatum, & aquarum abundantia magna qua concitatur sæpè, iam solo æquaretur.

Anno Domini 1247. ipso festo Resurrectionis Domini obiisse proditur frater Petrus Gundifalvus in regno Gallicix in ciuitate Tudensi, cui paget fuit natione Hispanus, patria Astorgamis, ex nobili prosapia, sed moribus nobilior, & ante ordinis ingressum Canonicus fuit primò, & postea Decanus factus in eadem ecclesia. Dum autem terrenorum amore nimium delectatus, euanesceret, prouidente Domino fuit equo deiectus in multo hominum conspectu. Sic autem derisus à mundo, illum deridere statuit, & nostri ordinis habitum suscepit, & maximus morum D. Dominici patris nostri imitator euasit. Qui per tempus aliquod in conuenntu nostro Vinarrensi in regno Portugallix aliquando moratus & præfectus illius fuisse dicitur: & inde euangelizandi gratia ad loca circumuicina declinabat. Post plurimos autem labores in vinea Domini excolenda perpeffos, vt laborum suorum retributionem perciperet à Domino, fuit in præfata ciuitate Tudensi infirmitate correptus, & tandem à Domino vocatus ad cœnam magnam, quam illi in cælestibus præpararat. Et vita functus, fuit per episcopum illius ciuitatis & pium populum multa cum ueneratione in Cathedrali ecclesia sepulturæ traditus, quia tunc temporis ordo ibi non habebat conuentum. Colitur à populo deuotione summa, & nauigantium habetur patronus insignis. Anno autè Domini 1248. nostri ordinis patribus in vnum congregatis in generali capitulo misit eiusdem ciuitatis antistes ultra centum & octoginta miracula per viros probos, & fide dignos, ac testes iuratos probata, & suo sigillo munita, quæ Dominus ope-

rari dignatus fuerat ibidem ad sepulchrum eius  
vt refert D. Antoninus. 3. p. histor. titulo 23. ca.  
10. ss. S.

*Miror autem non parum, quòd enchiridij tempo-  
rum auctor frater Alphonsus Veneras Hispanus in  
enchiridio quod scripsit Hispanice, dum euangeli-  
claros Hispanos recenset, & in eorum classe hun-  
rum ponit, ne quidem verbum facit, quòd fuerit  
stri ordinis.*

L  
B. Bernardus.

Ad hanc puto decadem, vel ad aliquam ex  
cinis referri debet frater Bernardus, vir vitæ  
culpatae & probatissimæ, qui in Portugallia in-  
uentu Sancterenensi agens sacristam, pueruli  
aliquot nostræ religionis habitum gestantes per  
missarum peracta mysteria informabat literis  
moribus. Qui ex domibus maternis ientacula  
rentes, postquam missis aliquot inseruiebant, ce-  
sueuerant ad vnam capellam in eadem eccle-  
diuertere, & ientaculum ibi sumere. Porro in-  
erat in altari posita beatæ virginis imago, & in  
cius paruulus Iesus qui semper paruulorū humi-  
tate delectatur & simplicitate, qui è sinu matris de-  
scendens, cum illis ientaculum faciebat, postquam  
id aliquot vicibus fecit, paruuli queruli rē ad ma-  
gistrum deferunt, narrantes quòd ille paruulus  
eorum ientaculum semper descendebat, & nō  
in symbolum apportabat; prudens ac religiosus  
pater, re ista ab ore innocentium percepta, eos in-  
struxit, vt si ille iterum more solito ad eos descen-  
deret, cum sic alloquerentur; En Domine, tu sem-  
per nobiscum comedis, & nihil symboli ferre  
sueuisti ad ientaculum: inuita ergo nos & mag-  
strum nostrum semel in domo patris tui. Et sic

instructi efficiunt: cum paruulus Iesus more solito  
ad eos descendit. Qui eorum petitioni annuens,  
diem certum designauit, quo id præstaret, & erat  
dies Ascensionis Domini iam iam instans. Id mox  
illi referunt magistro, qui se præparans, vt cælesti  
interesset conuiuio, illa die maturè se ad celebra-  
dū disposuit, paruulis eisdem illi ministrantibus, &  
sacrificio peracto, omnes tres ibi simul viuere de-  
suerunt, & omnes tres simul eodem fuere recon-  
diti tumulo, & aliquanto tempore postmodum  
elapso, eorum corpora fuerunt ex humili loco ad  
altiore translati, & reposita in vno sepulchro. in  
capella quæ Regum dici consuevit, & miraculo-  
sa hæc historia fuit super idem sepulchrum depi-  
cta, & per traditionem quandam ab antiquis ac-  
ceptam fama adhæc nostra tempora peruenit.  
Tandem anno Domini 1277. cum in eodem loco  
quo tale erat sepulchrum, portam quādam opor-  
teret aperiri, inuentæ sunt horum sacrorum cor-  
porum reliquæ, & quidem paruulorum vno su-  
per tectæ Linteamine, prædicti verò patris eorum  
magistri alio, Quod verò eisdem omnes illorum  
triu reliquias simul cooperiebat Linteamen, adeo  
candidum, integrum, & incorruptum fuit reper-  
tum, quasi à paucis diebus ante fuisset ibi repositum.  
Huius rei fama mox per ciuitatem spargitur,  
accurrit mox ad rem stupendam vniuersus popu-  
lus, & quæ erga hos beatos habebatur deuotio &  
memoria, augetur: & instrumento publico ad pos-  
teriorum memoriam hæc omnia per testes prius  
sacramento astrictos examinata, scripto tradun-  
tur, &c.

In Hispaniis obiit anno Domini 1244. frater

B. Petrus  
Sendre.

Petrus Sendre, natione Cathelanus, vir pius & deuotus ac feruentissimus prædicator per quem Dominus adhuc uiuentem plurima perpetravit miracula. Hoc fuit efficacibus comprobatum testibus, quod tredecim cæcos illuminarat, quatuor surdis auditum restituerat, Claudis uero septem gressum, qui uero membra habebant contracta quinque, & infirmi quasi ad mortem viginti quatuor, manuum eius tactu, & ad inuocationem nominis Christi, sanitatem perfectam consequi fuerunt. Ex libro qui dicitur Vitæ fratrum nostri ordinis.

*Hunc Barchinonæ sepultum esse arbitror, & quæ is est de quo aliquos patres illius conuentus audiunt ferentes, quod ante à suis prædecessoribus acceperat nempe quod cum aliquando per potestatem publicam examinarentur reliquæ quæ pro sacris habebantur in ciuitate, quæ tamen sacræ esse ambigebantur: & in aliquas alias etiam rogo fuisset tradita una de specie coronæ Domini, quæ ibi in conuentu nostro seruabatur illa igne miraculosè resiliit, & ad huius beati uiripulpare à tali spectaculo remotissimè distantis pependit.*

N  
b. Iuardus.

In conuentu Papiensi obiit anno Domini 1244 frater Iuardus vir sanctitatis præstantia clarus, & miraculorum virtute insignis. Nam testimonium fuit eidentibus comprobatum, quod plurimum per eum Dominus mira patrauit, & quod claudens quinque gressum, surdis quatuor auditum, mutis duobus loquelam, cæcis tribus visum restituerat ad manuum illius tactum, & inuocationem Domini nostri Iesu Christi, ex lib. qui dicitur Vita fratrum ord. prædic. D. Antoninus 3, p. hist. tit. cap. 10.

O  
B. Petrus  
Gercha.

Frater Petrus Gercha (aliis Cercha) Supprior in conuentu de Dinam in Gallia Britannica, vir fuit sanctitatis eximie opinione celebris, & ob eam quæ uiuēs in omnibus præ se tulerat uitæ sanctimoniam, mortuus etiam præcipua cæpit ueneratione coli in eadem ciuitate. Obiit anno Domini 1245. Is pater consueuerat post matutinas nunquam uel raro ire ad requiem. Accidit autem ut quadam uice cum plus solito se debilem sentiret & lassum, sub aurora parum quiescere uoluit, fuitque illi diuinitus uox facta, & ille surgere iussus, paruit, & se præparauit ad celebrandum, quod & fecit multo lacrymarum imbre: & paulo post obdormiuit in Domino, refert id frater Seraphinus Razius.

P  
B. Soror Diana.

Non habeo compertum, utrum hac uel aliqua alia decade meminisse debeam fororis Dianæ Bononiensis, quæ in manus patris nostri Dominici professionem emisisset litterarum monumentis proditur, & fundatrix extitisset Monasterij S. Agnetis de Bononia, in quo eius corpus requiescit, & multa cum ueneratione asseruatur, quo etiam indicata est illius sanctitas præclara.

Communia. 1250.

A  
Summus Pontifex Innocentius quartus, qui primo magna nostrum ordinem fuit prosecutus beneuolentia, quoniam postmodum quidam eius consobrinus fuit præter uoluntatem eius ad nostrum ordinem receptus, & in illo professus, quem ipse in sæculo exaltare decreuerat: & nescio propter quam aliam causam ordini factus ualde infensus, nonnulla in grauamen religiosorum ordinasse propterea dicitur.

**B** Guillelmus de sancto amore infur- git cōtra nostrum & minoritarū ordinem.

Ipsius tempore Parisiis surrexit quidam doctus Sorbonicus, dictus Guillelmus de sancto amore (quo sane ille erat vacuus torus) qui cum sociis aliquot, quasi ad hoc fuissent ab inferni principis conducti, hostis atrocissimus religionis nostræ fratrum minorum, que iam tunc temporis clarissimæ in Dei ecclesia, ad illas destruendâ obstinatus laborabat, in Angelum lucis transfatus, & librum etiam edidit quem Innocentio quarto obtulit, quo multis fallaciis vsus intentionem suam conabatur ostendere.

**C** Pluribus ergo de causis cum tunc affligeretur ordo, patres illi nostri Septem psalmos pænitentiales cum Letaniis & orationibus adiunctis per matutinas legi mandarunt, vt sic his precibus uina pulsata maiestas ordinem his angustiis liberaret. Accidit autem, vt quidam religiosus deuotionis spiritu plenus, dum ille fierent preces non nihil his humanis abstractus, in visione quadam beatam virginem eximiam ord. nostri protectricem viderit apud suum filium intercedentem dicentem: Fili, exaudi eos, fili, exaudi eos. Nec voluit non exaudire piissimus dominus suæ piissimæ matris orationem piissimam. Nam breui postmodum ipse summus Pontifex Innocentius quartus Nepoli moritur, quod iniuste egerat in religiosos nostros deslens, ac repetitis vicibus inquires, Propriam iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere iussisti sicut araneam animam eius. Dictus quoque Guillelmus cum suis complicitibus Romam citatus iuit, & de suo fuit errore confusus, & illius libere sententia Alexandri quarti, qui Innocentio successit, combustus, & ipse Guillelmus beneficiis

Dei genitrix Maria apud filiū pro nobis intercedit.

eclesiasticis priuatus. Et nonnulla que Innocentius quartus contra ordinem constituerat, fuerunt ab Alexandro reuocata: & religiosi nostri ab illo multis fauoribus prosequuti. Ab illo tempore Cardinales & prælati ecclesiæ ac alij viri grauissimi dicere cœperunt, Cauete à letaniis prædicatorum, quia mirabilia faciunt.

**D** Idem summus Pontifex Innocentius quartus aliquandò mandauit Prouinciali Franciæ, vt aliquot fratres ad conuersionem Tartarorum mittendos decerneret. Recitatum fuit summi pontificis desiderium sanctum & pium decretum, & religiosi intimatum, vt qui voluntarij foret ad istud munus exequendum, se proderent. Mirus sanè tunc apparuit eorum feruor & magna deuotio. Nam mox quamplurimi in medium prodire, sese offerentes & eorum quilibet dicere videbatur: Ecce ego, mitte me: & quidam eorum affectuosius mitti urgebant, salutis proximorum feruentissimū zelum exprimentes, & etiam cum lacrymis mitti rogantes. Alii eadem excutiebatur vberius, quod id consequi non possent, alij etiam præ gaudio illas emittebant, quod voti fierent compores. Tanto tunc omnes flagrabant apostolici muneris fungendi desiderio & vitam expendendi pro proximis, cum tamen nunc interdum solo nomine gloriarī possimus, & vel ad propinquas partes nonnunquam emissi euangelizandi gratia, non nisi cum murmure obaudiamus, vel ad non obtemperandum mille occasiones queramus.

Decade 1. inter communia simile quid retuli, vide ibi.

Lubet hîc inserere ad meam & aliorum confu-

Cauete à Letaniis prædicat. quia mirabilia faciunt.

Quanto feruore religiosi ad Tartaros mitti rogant.

tionem, qui tam procul absumus à vita primæ nostrorum, & ab illo feruore diuino quo huius sæculi patres nostri coruscabant. Id faciam, licet interdum contractionibus verbis, men eisdem aliquando formaliter quibus id censet vnus ex illis qui tunc claruerunt, vir summus & fide dignissimus qui tunc erat prouincialis Franciæ, frater Gerardus Lemouicensis, qui ruit anno 1264 in eo libro quem compilauit rebus ord. & inscribitur Vita fratrum ord. practica, in eo autem præter alia multa lectu dignissima, habet etiam quæ sequuntur. Videre tunc religiosos nostri ordinis, alios protractis suspiriis post quotidianas & puras confessiones amplexibus & altis clamoribus sua & aliorum peccata lugentes, alios in oratione noctem iungentem die: vidisses tunc ecclesias nunquam vellet sine orantibus esse. Vnde cum interdum alii à portariis quærentur, facilius in illis, quam ubi inueniebantur orantes. Illorum autem plurimum sancto illo feruore succensi, & quasi Jacobo Domino in oratione luctantes, non prius aburguebant, quam ab ipso benedictionem acciperent, & gratiam aliquam specialem à Domino petraissent Alij feruore hoc nimio deo adherere suspendebantur in alta, imis rebus quasi in tonitruo abiectis, & cum Deo colloquebantur valde deuociter. Aliis lacrymæ panis erant die ac nocte, iugiter peccata & aliorum deshebant. Eodem tempore quasi festiuum aliquod conuiuium fratrum completorium expectabant: recommandantes se inuicem aliorum orationibus multo cordis affectu: & signo facto cum campana, admodum

alacriter ad illud de quibuscumque locis properabant, & illo completo totius mundi reginam & nostri ordinis singularem protectricem & patronam beatam Virginem salutare gestiebant. Eo autem peracto plerique duas spontaneè suscipiebant disciplinas, propria corpora macerantes, ne cum alijs prædicarent, ipsi reprobi inuenirentur. Et post hæc quasi peregrinationem suscipientes, omnia altaria visitabant, procumbentes humiliter tantam producentes à præcordiis intimis suspiria & lacrymarum flumina, vt si de foris fuisses plangifunus aliquod credidisses. Quod etiam nonnunquam secularibus multis clanculum obseruandibus causa fuit, vt ad deum de peccatis compuncti, conuerterentur, & religionis habitum susciperent. Quibus peractis, in aliquibus ecclesiarum angulis latitantes, vel in claustro seipos diligenter examinabant, quomodo diem illum expendissent: & si quæ minus recta commiserant, penitentia lacrymis lauabant. Post matutinas non per modicum tempus orationi vacabant, & pauci mox currebant ad libros, pauciores vero reuertebantur ad lectos. Qui post illas, vt etiam post completorium, altare beatæ Virginis mirabili deuotione adibant, seipos ordinemque illi feruenter admodum commendantes, illius imaginem & filius eius vnigeniti propter nos crucifixi, in cælis habebant ante oculos, vt legentes, orantes, dormientes ipsas deuotè respicerent, & ab ipsis respicerent vt similiter. Cum autem fiebat signum ad celebrationem missarum, ad vnum fratrem plures concurrebant gratia ministrandi, & inter eos sancta versabatur contentio, quis

O ter & amplius statice tempora. Quæ procul absumus à primæno illorū patrum spiritus feruore, in multis tere nomine tenus religiosi.

prior ad ministrandum ad sacerdotem accessisset. In seruitiis autem mutuis se præuenientes, in infirmitatibus, in hospitio, in mensa, in lotorie pedum, beatos se reputabant, qui poterant in huiusmodi alios anteire. Erga peregrinos etiã & nouiter aduentantes adeo afficiebantur, vt tunicas, scapularia, cappas illis exhiberent, & si fuissent incogniti prius. Tanta itaque erat in seruiendo deuotio & alacritas faciei vt non hominibus, sed Deo & Angelis seruire viderentur. Vnde & miramur interdum spiritus dulcedinem Dominus in huiusmodi obsequiis illis impertiebatur. In obseruatione silentij mirabiliter erant fratres tunc temporis deuoti, cognoscentes quanta damna peritatur spiritus ex lingua minus dormita. Sicut autem vigiliis, sic & abstinentia multa corpora dormabant. Vnde sæpius vt saporem e cibariis oblati auferrent, & sic caro minus haberet quo alliceretur, aquam superinfundebant scutellis quæ eadabantur. Pittantiis quoque sæpius vti omittiebant, vt illæ in vsus pauperum accrescerent. Erant notam in speciali incurrerent quod portiones acciperent quæ communitati ministrabantur, modo vnã, & modo alteram sibi ipsi subtrahabant, magna parsimonia in cibo & potu proprie Christum vtentes. In prædicando autem verbis Dei, ad quod principaliter ordo noster cognoscitur institutus, adeo erant assidui & seruentes, eorum multi non tuta conscientia se illa die comedere posse putarent, quæ non vel multis, vel paucis prædicassent, & in multis eorum spiritus sanctus supplebat ex interiori vñctione spiritus, quod scientia acquisita minus suggerebat.

*Hæc ibi & multa alia quæ corda nostra valeant excitare, vt quæ tunc florebat in religione, sanctimoniam æmulantes, imitemur in alios, quàm sumus.*

Anno 1154. Innocentius quartus summus Pontifex, ne prædicationis munus & doctrinæ sacræ profectus in nostro ordine per curam monialium impediretur & turbaretur, ab omni cura earum (exceptis tamen conuentibus S. Sixti Romæ, & Pruliano in prouincia Tolosana) absoluit & liberauit, addens etiam, quod si in posterum per aliquas literas sedis Apostolicæ requisiri forent M. ordinis, vel priores prouinciales pro suscipienda cura aliquorum conuentuum: ad hoc tamen nullatenus cogi possent nisi, &c.

Circa idem tempus multa priuilegia concessit fratribus nostris qui ad prædicandum mitterentur Saracenis, Paganis, Græcis, Hungaris, & aliis nationibus quas exprimit. Quorum iam pro parte memini in decade præcedenti inter communia. Et vt etiam possint illos baptizare, aggregare filijs ecclesiæ, ad Acolyatus ordinem promouere, cum irregularibus dispensare in casibus in quibus possunt legati sedis apostolicæ, & cum clericis etiam patientibus defectum natalium (dummodò tamen non sint de adulterio, vel incestu, aut de regularibus procreati) & quod etiam possint absoluerè occisores clericorum & religiosorum personarum in illis partibus, fundare de nouo ecclesias, reconciliare profanatas, & de rectoribus illis prouidere, & qui de gentibus vel schismaticis conuerterentur, dare licentiam, vt uxores quas cum quibus contraxerant, nisi forsan in gradibus diuina lege prohibitis, valeant retinere.

Sumus Pont. multas gratias concedit fratribus nostris cõtibus ad prædicandum Saracenis vel, &c.

Hec eadem postea confirmauit Nicolaus quartus  
 & Ioannes 22.

**A** Anno 1255, electus fuit summus Pontifex Alexander quartus, qui concessit Generali M. ordinis, possit confessorum eligere: & constituit, vt fratres nostri qui ad aliquas dignitates assumerentur, ad episcopatus, &c. omnia illucisque acquisitiones prius in manus ordinis resignant, nisi forsitan priores aut conuentus illa eis ad tempus aliquod concedant. Concessit etiam prioribus prouincialibus & eorum vicariis, vt corrigere possint & punire illos fratres quos interdum de consensu apostolicae sedis habent episcopi, & quod si eorum qui interdum fratres petierint, etiam virtutes & merita apostolicae sedis qui cum ipsis manent eos illis non teneantur concedere, nisi in litteris eorum fiat huius concessionis mentio, & illi reuocatio, &c. Reuocauit etiam quae Innocentius quartus in grauamen nostrum mandauit, ne scilicet admitteremus ad missam & praedicationem alienos parochianos diebus festiuis aut ad confessionem sine licentia parochorum &c.

**I** Idem Alexander quartus anno secundo Pontificatus damnauit libellum de sancto amore doctoris Parisiensis, &c. Qui incipit, Eccedentes clamabunt foris, &c. & eius titulus Tractatus breuis de periculis nouissimorum temporum. Damnauit autem illum tanquam iniquum, scelestum, & execrabilem, & documentum in eo tradita tanquam praua, falsa, & nefaria mandans vt infra octo dies a talis sententia

Guillelmus de s. amore & illius libri contra mendicantes religioſos editum damnauit, summus Pater.

publicatione, seu notitia quicumque talem librum haberet, combuteret. Et vltra alias poenas quibus fuit idem Guillelmus affectus fuit etiam beneficiis ecclesiasticis priuatus, & illi interdictum intrare regnum Franciae toto tempore vitae suae, & docere, & praedicare al. cubi, &c.

**K** Idem summus Pontifex Alexander quartus, interdixit rigorose, non possimus ab episcopis, vel a clero grauari in eo, quod a nobis velint exigere, vel mediam, vel tertiam, aut quartam bonorum quae nobis interdum relinquunt fideles, quam clerus vocat portionem canonicam, & nos ab huiusmodi onere reddit omnino liberos, & concessit vt fratres nostri a quocumque maluerint, possint ordinari episcopo & sine villo examine & absque omni promissione vel obligatione, & etiam quod non possimus cogi ad procuraciones, vel exactiones, vel collectas, vel prouisiones, & subsidia etiam pro legatis sedis Apostolicae, & irritas & inanes decreuit quasuis censuras contra id latas.

Canonica portio non solueda a nobis.

Fratres nostri a quocumque maluerint episcopo possunt ordinari, & absque villo examine.

**L** Concessit etiam Magistro ord. & prioribus prouincialibus, vt si quando aliquam ob causam non confirmauerint quem electores elegerint, possint confirmare quem electores vel eorum pars maior per litteras tunc cum decreto electionis missas petierint in priorem. Et quod in electionibus Magistri ord. & priorum prouincialium fratribus electoribus tempus a ire statutum non currat, nec ipsi hac in parte iuris huiusmodi regulis coarctentur: & quod in conuentibus nostris sine cuiusquam alterius licentia lectores deputari queant, qui in theologia doceant, & quod si fratres qui ad ordi-

Possunt prouinciales confirmare in priorem quae maior pars electoris potest litteras petere.



nem veniunt, debita aliqua habeant incerta, ob  
restituenda fuerint, possint per priores ibidem  
pios vsus dispensari.

M

Errores va-  
rios damnat  
summus Pōt.  
eorū qui cō-  
tra religionē  
nostram & mi-  
norum insur-  
rexerant.

Damnauit idem summus Pont. eorum errores  
qui dicebant, quod nos & fratres Minores nō  
mus in statu salutis, & quod nostra mendicatio  
non erat meritoria, neque salutifera: & quod ma-  
nibus proprijs deberemus victū quærere, & quod  
sine consensu parochorum, nec etiam de licen-  
tia episcopi, aut Papæ, possemus prædicare, &  
confessiones audire. Indulsi etiam Magistro  
prioribus vniuersis, ac eorum vices gerentibus  
nostro ordine, vt beneficium absolutionis tam  
excommunicationibus, quàm ab alijs casibus pos-  
sint impendere, qui pro tunc fuerint eorum con-  
fessarij ( si forsā indigeant ) ne hi qui præsump-  
torius cēseantur conditionis quàm qui subli-  
tioris cēseantur conditionis quàm qui subli-

N

Qui non po-  
tuerint pedi-  
tes ad capi-  
tulum pro-  
uinciale ire  
domi reman-  
eant.

Anno Domini 1255. aut circiter in capitulo  
nerali 34. factō Mediolani fuit ordinatum, quod  
priores qui non possent ad capitulum provinciale  
ire peditando, remanerent ab illo.

Tanta erat eorum patrum religio, tantus & regu-  
laris obseruantia zelus, quod, ne cōstitutio illa de  
equitando infringeretur, minoris faciebant, vt pri-  
ores ad capitulum non cōparerent. Quid rogo dix-  
issent vel ordinassent patres isti religiosissimi, si tem-  
pora præuidissent in quibus vix quæquam reperiret  
etiam si iuuenis sit & corpore validus, qui est  
facturus, qui in Hispanias & in Italia talem obser-  
uet constitutionem, de non equitando, nisi cū pri-  
oribus cū sunt quibus equi comparentur vel loca-  
tur? quid rogo dixissent, si eò infelicitatis ordine  
D. Dominici venturum præuidissent, & vt priores

& interdum subditi aliqui mulas pingues & equos  
crassos habeant in quoduis obsequium eorum; nec  
solum discursibus gaudentes assiduis, tempus & bo-  
na conuentuū conerant, sed etiā pro statu mulas &  
seruos etiā ad minima in præceptu habere debent. Res-  
piciat Dominus super nos, & collapsa restauret.

Prophetarum prouidus chorus. 1250.

Prophetarum ord. numero ascribere oportet  
quem Polonorum Apostolum misit beatus  
pater noster Dominicus, qui est frater Hyacinthus  
vel Iacintus aut Iacius, qui vixit vsque ad annum  
1257. & tunc obiit in Polonia, is enim multa præ-  
dixit futura, vt ex eius vita liquidò constat.

Frater Iulianus, qui fuit aliquando prior in con-  
uentu Burdegalensi, vir sanctimonia vitæ insignis,  
qui & sui & multorum fratrum conuentus obitus  
diem multo antè & certissimè prædixit, an non  
prophetarum consortio debet ascribi?

Frater Petrus in conuentu Montis-Pessulani  
existens non solum suum ab hac vita exitum; sed  
etiam alterius religiosi prædixit, & certò prænun-  
ciauit, quam obrem inter prophetas nostros com-  
putetur. Attamen non satis habeo compertum  
quod ad hanc decadem sit ille referendus.

Euangelistarum acies veneranda. 1250.

Frater Bernardus Cantius Tolosanus, vir do-  
ctus, & concionator feruidus & graciosus ac  
ignis diuini spiritu plenus, ardens pariter & infla-  
mans ceteros, verbi gratia fulget, & ex infernalis  
lupi faucibus plurimam turbam eripuit ac Domi-  
no adduxit. Obiit anno Domini 1261.

Frater Chambertus natione Sabaudus, & fra-  
ter Henricus Teuto, alius ab eo cuius antea me-

mini, viri spectabiles fama, religione præstantes & gratia verbi conspicui & fructuosi hæc tempora illustrent, ex libro qui dicitur, Vitæ fratrum nostri ordinis.

**C** Frater Galterus Remensis concionator etiam disertissimus & graciosus, neque minori cum gratia aut fructu verbum vitæ disseminando Domino plebem perfectam adducere conatur assidue.

**D** Claret hoc tempore, religionis nostræ non solum sidus insigne, sed luminare magnum, diuinitatem etiam verbi præconatus, & tam in doctrina, ubertate dicendi, quam in gratia & in delectatione doctus maximus, frater Thomas de Aquino, omnium gratiarum & charismatum diuinorum promptissimum refertissimum.

**E** Nonne & congruè hac decade locabo fratrem Nicolaum qui nostri conuētus Aunionensis fuit aliquando prior? Is utique vir fuit vitæ probatissimus, & concionator præclarus fructuosus, & ubique gratus. Hic etiam in festo sancti Michaelis mundo mortuus, togam nostræ religionis suscepit, & post 14. annos euolutos & in religione sanctissime actos, eadem die S. Michaelis vita suæ ætus supernas mansiones conscendit.

*Pastorum conuentus eximius. 1250.*

**A** Anno Domini 1255. frater Ioannes de Colonia (alius de Colutia) vir utique & splendore sanguinis, & virtutum nitore, & multarum rerum cognitione illustris fit ab Alexandro quarto Archiepiscopus Messanenensis, & sui gregis commoda spirituali & incremento toto incumbit conatus. Huic teste D. Antonino, successit in eadem dignitate quidam frater Rainierius.

Anno 1250. aut circiter, frater Ioannes Boncampius Bononiensis, vir rerum agendarum expertissimus, cum aliquanto tempore fuisset in Rom. curia vicecancellarius, teste Onuphrio, fuit factus episcopus Bononiensis: & quæ in suo pastoralis scripta reliquit præcepta, D. Gregorius diligenter in suo munere obeundo adimplens, magnum posteris suæ probitatis reliquit exemplum.

Hoc tempore clarissimus existit frater Bartholomæus Vincentius, vir eruditionis & pietatis præstantis, qui primò ex magistro sacri Palatii fuit factus episcopus in regno Cypri, postmodum verò fuit inde translatus ad præsulatum ecclesiæ Vincentinæ, & in ea pastoris optimi partes adimpleuit. Hunc tamen nonnulli ad præcedentem pastorum referunt decadem.

Frater Berengarius Archiepiscopus Cracouiensis, vir & doctrina & religione longè alius, quam ille Andegauensis, qui circa annum Domini 1058. non modicas turbas in Dei ecclesia excitauit. Et frater Ioannes, & frater Nicolaus Hungari, episcopali dignitate insigniti, quos iam pro Christo martyrio coronatos retuli in decade 2. huius sæculi in classe beatorum, hic locentur à nobis inter pastores, quoniam munus istud perquam diligenter & laudabiliter exercuere, & aliquorum sententia est, illos non ad eam, sed ad istam decadem pertinere.

In prouincia Aragoniæ ex nostro ordine ad illas sedes assumpti clarent frater Berengarius episcopus Gerundensis, & frater N. Ilerdensis antistes, & Christi oues illis commissas verbo & vitæ exemplo diligenter pascere saragut. Ille vsque ad annum

1255. hic verò vsque ad annum 1255. & tunc etiam illi pascendi à Christo deposito carnis onere casta petiuerunt, vt in eorum sepulchris legi Barchinonæ. Et hoc eodem tempore eiusdem Barchinonensis ecclesiæ episcopus erat ex nostro ordine assumptus, vt testatur. D. Antoninus 3. p. histor. tit. 23. cap. 11.

**F** Frater Michaël Fabri, vir maturis moribus, consilio magnus, per hæc tempora Valentiniæ ecclesiæ præsul fuisse, aliquorum relatu accepi. Quod cum D. Iacobus rex Aragoniæ insulam Maioricensem Mauris eripuit, regem ex Hispania sequutus, ipsum (si quispiam alius) sua singulari prudentia & magno consilio iuuit. Cumque res feliciter successisset, & capta fuisset insula, quærebatur aliqui Mauri post victoriam obtentam à regem quinam in insule expugnatione potissimum laborassent, & illi, quod Maria & Michaël, responderunt, & sicut propter nonnullas beatæ Virginis apparitiones miraculosas quæ tunc contigerant, illam victoriam inter causas superas Diuæ Virginis ascribendam iudicabant, sic inter mortales huius Michaëli, &c.

Ex illa pastorum turma quos D. Antoninus, p. tit. 23. cap. 11. simul recenset, non incongruum arbitror, hic aliquos disponere, ne postmodum nos eorum nimia multitudo obruat, & difficultius tunc fiat, eos in ordinem redigere Cupio autem notari à curioso lectore eorum tempora quibus ad has euecti fuerunt dignitates, vt postmodum congruentiori ordine collocentur. Sunt autem illi frater Rodolphus Archiepiscopus Materanus in Appulia, frater Guilelmus Archiepiscopus Dubli-

niensis in Hybernia, frater Robertus Bononiensis, præsul Castellanus. Venetiis. Cui etiam successit in eadem sede frater Gualterus, Ecclesiæ autem Bononiensis fuit factus antistes frater Iacobus de Scambio. Quis verò erit iustus estimator rerum qui eos duplici honore diffiteatur dignos, cum benè præserint, doctrinæ & integritate vitæ fulgentes?

*Doctorum insignis societas 1250.*

**C**elebris iam hoc tempore erat famæ frater **A** Thomas de Aquino in moribus & doctrina, vestigia æmulari satagens Alberti Magni qui fuerat illius præceptor. Hi fuerunt luminaria micantissima non minùs vitæ, quàm splendore doctrinæ, quibus non incongruè illud Apocal. 11. quidam adaptant, Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucentia ante Dominum, dum scilicet illuminant omnes qui in domo Dei, id est in hac mundi machina in tenebris sedēt & cecutiunt. Illud quoque Zachariæ 4. Isti sunt duæ oliuæ (videlicet oleû doctrinæ copiosæ fundentes) & duo filij olei, & duo filij splendoris, &c.

**B** Tres viri doctrina & religione præstantes hoc tempore notissimi fuere, quorum vni nomē erat, frater Humbertus de Romanis, qui fuit totius ordinis moderator expertissimus, frater Guilelmus Peraldi, & frater Ioannes natione Teuto, patria Friburgensis, quos cum Philosophos & Theologos eruditissimos quispiam predicauerit, nihil aberrabit à vero, & si ex his & similibus classem conficiat quispiam; clarissimorum proculdubio

virorum cœtus erit : & multiplicium scientiarum officina locuples.

**C** Italia prænominatis iungendos suppeditat fratrem Rainerium Sachonem Placentinum, & fratrem Bartholomæum Vincentinum, quem in professorum acie paulo antè recensui, Qui etiam fuerunt viti grauitate morum & religione conspicui & doctrina non obscuri, quam alius communicauit nimia sollicitudine curarunt.

*Beatorum castra speciosissima 1250.*

**A** Anno Domini 1252. frater Petrus Veronensis hæreticorum censor pro fide Christi ab hæreticis occisus interiit. Qui ad eò sanctè vixit in ordine, vt peccati mortalis contagium nunquã contraxisse credatur, virginali munditiam tota vita sua integram seruans, & euangelium Christi merito cum seruore spiritus & fructu mirabili annuntians, promeruit tribus aureolis decoratus, & cœlum conscendere, multis miraculis coruscans. Vnde Innocentius quartus eum sanctorum martyrum ascripsit catalogo anno 2. passionis eiusdem.

**B** Frater Dominicus qui erat illius socius, cum ab hæreticis inuasus, letale etiam vulnus accepit ex quo die quinta post transitum beati Petri hoc sæculo nequam ereptus, cœlestia regna conscendit, futurus in gloria beato Petro, sicut fuerat in passione, socius.

**C** Ad hanc decadem forsitan, vel ad aliquam vicinis oportet referre fratrem Ioannem Salernitanum conuentus nostri Florentini S. Mar-

S. Petrus  
Martyr

S. Ioannes Salernitanus

Niuellæ fundatorem primum. Vir quippe fuit grauissimis moribus præditus, prudētia singulari, & vitæ integritate, & munditia insignis, & tam viuēs, quàm vita functus miraculorum gratia excellens. De eo refertur, quòd cum Florentiæ ageret, quædam inhonestæ mulier in eius perditè exarsit amorem: & infirmitatem euentita cum voluit habere confessarium. Vocatur mox ille, & properè adfuit. Cui dum illa morbum suum aperiret, & in peccatum conaretur pertrahere, ille diuini iudicij memor, & se custodire, & illius vulnèri mederi totis viribus nitēbatur. Sed dum videt, se nihil proficere, sese subtraxit, & ad conuentum contulit, occultans quod fuerat transactum. Attamen omnipotens Deus occultam manere noluit sui famuli integritatem fidelem. Nam dæmon, quædam torquere cœpit atrociter, cumque nulla ratione exorcismis adiuratus, vellet abscedere, dixit inter alia, Non abscedam quousque veniat qui in igne manens non fuit combustus, & is sanctus est ille, &c. Simile quid de beato Vincentio legitur & de nonnullis aliis sanctis, apud Pereand. lib. 5. Corpus huius sancti fuit anno Domini 1571. à sui ordinis religiosi ad honoratiorem locum translatum & quotidie Dominus per illum multa miracula operatur, vt frater Seraphinus Razius testatur.

Exemplum  
vitiæ  
Singulari.

Anno Domini 1257. 18. Cal. Septemb. in Polonia migravit ad Dominum beatus Hyacinthus (aliis Iacintus, vel Iacius) qui fuit primus Polonorum Apostolus, illuc à patre nostro Dominico missus. Fuit autem vir sanctissimus, prophetiæ dono & miraculorum virtute insignis. Adhuc

D  
B. Hyacinthus.

viuens duos aquis obrutos & submersos, vitam  
stituit. Eum verò Martinus Cromerus lib 9. de  
bus Polon. & lib 7. cap. 3. inter duos relatum  
rat. Quòd ea de causâ afferit quoniam eius festi-  
singulis annis in regno Poloniæ celebratur mul-  
cùm solemnitate Dominica infra octauas Assum-  
ptionis beatæ Virginis. Laboratum fuit aliquan-  
do vt sanctorum confessorum ascriberetur me-  
mero, sed arbitror, quòd necdum aded, vt tan-  
rei dignitas requirebar.

E

B. Celsus.

Eiusdem beati Hyacinthi socius fuit frater Ce-  
laus sacerdos & cõcionator, & frater Hermolaus  
( alius Hermanus ) conuersus, qui ambo veri fuisse  
dicuntur D. Dominici patris nostri vestigiõrum  
sectatores & sanctitate vitæ clari, & Celsus tes-  
tem etiam miraculis coruscus.

B. Hermolaus  
vel Hermanus.

F

B. Gondissal-  
uus de Ama-  
rantho, su-  
scitatus.

Ad hanc etiam decadem vel ad aliquam ex  
cinis referendus videtur frater Gondissalvus de  
Amarantho natione Portugallus, vir sanctissimus  
qui in conuentu nostro Vimarenensi ( oppidum  
est ex præcipuis regni Portugalliæ in Diocesi Bra-  
carënsi situm, & sancti Pontificis Damasi olim Pa-  
tria ) habitum nostræ religionis suscepit, ad id fa-  
ciendum inductus miraculosa beatæ Virginis ap-  
paritione illi facta, & insinuatione, vt in illo or-  
ne habitum susciperet: in quo ipsius beatæ Virgi-  
nis o. iciû à salutatione angeli fumebar initium  
& illa claudebatur. Postquam igitur professione  
emissit, circumibat vicina loca, regnum Dei euang-  
gelizando. Et cum ad fluuium Tamacam ( vulgo  
Tamaga dicitur ) peruenisset innumera damna  
perpendens, quæ ex illo patiebantur vniuersi, et  
que occurrere cupiens, diuinitus ad id monitus

põtem magnum & sumptuosum ex eleemosynis  
vndequaque collectis construxit, multis sæpius  
paratis miraculis in illius constructione. Nam &  
pisces interdum ab eo vocati ex flumine ad ma-  
nus eius venire, vt ex illis operarios pasceret. Sa-  
cellum autem erat paruum prope, in quo demum  
ipse dierum plenus & bonorum operum sepul-  
tam accepit obiens, & viuens illud habebat pro  
arce: quoniam in illo confugiebat ad Deum eum-  
que susceptorem habebat charissimum, & in tri-  
bulationibus adiutorem fidelissimum. Ob cele-  
berrima verò miracula quæ Dominus eius opem  
inuocantibus, meritis & intercessione illius opera-  
ri dignatus est semper, & dignatur quotidie, &  
maximum populi cõcursum ad eius sepulchrum,  
habitatio non modica est ibi facta, & vnum Mo-  
nasterium nostri ordinis cõstructum, & oppidum  
ab ipsius sancti nomine nuncupatum. Fit autem  
illius solemne officium per totum Portugalliæ re-  
gnum die 10. Ianuarij. Tantus autem & adeo fre-  
quens est populi Christiani ex tota Lusitaniz præ-  
sertim concursus ad huius viri sancti sepulchrum,  
vt ex candelis tantummodò quas incensas ibi of-  
ferunt fideles, quæ tamen ita tenues sunt vt vix  
iunco in grossitie similes, ceræ etiam magis oblitæ  
dici possunt, quàm ceræ, postquam liquefiat om-  
nes in igne, quadraginta aut circiter ceræ pondera  
( vocant communiter arrobas & harum quelibet  
triginta duas libras, & libra sexdecim vncias: con-  
tinet ) conficiantur ex illis annuatim. Et adeo nu-  
merosus populus singulis annis 10. Ianuarij eò cõ-  
fluit, vt verissimè Rescadius, vir clarissimus in eius  
officio dixerit, Non capit duplex Amaranthus

amplas sæpe cateruas. Nam quatuordecim & amplius millia vtriusque sexus ibi tunc congregati sunt euidentibus testimoniis comprobatum, in eodem Rescendio teste.

G

In eodem præfato conuentu Vimarenensis regno Portugalliæ, fuit etiam quidam frater Laurentius Mendez, eiusdem conuentus etiam (vita ma est) filius, vir vitæ probatissimæ. Cui dum quædragessimâ in oppido quodam ultra mōtes (quod Clauis nuncupatur) prædicaret, Angelus Domini apparuisse fertur, & ibi cistulam quædam lignæ vel arceolam sacris reliquiis plenam tradidisse & seruandam in eodem conuentu fama est. Quod idem Angelus, Domino prouidente, detulerat in vno loco qui eo tempore in Saracenorum potestatem deuenerat. Quæ sacræ reliquiæ & nonnullæ etiam ipsius beati Laurentij in eodem conuentu seruantur cum multa reuerentia, & vnum alibi ibi habetur erectum beato fratri Petro Gondifaluo, qui & ipse habetur nauigantium præcipue fantor & patronus, & etiam huic beato Laurentio ibidem sepulto. Aliud verò ibi & passim per totum regnum habetur erectum viro Dei beato Gondifaluo. Et hos tres beatos fuisse quasi contemporaneos, aut non interuenisse notabile interstitium temporis inter vnum & alterum, opinantur nonnulli. Hic conuentus Vimarenensis post tres conuentus antiquiores Portugalliæ: scilicet Sancti Martini, Conimbricensis, & Portuensis, quorum in antiquitate locum obtinet, & viris obsequiis grauissimis & eximij nominis & sanctitatis merito fuit refertus.

H

Frater Gilius, siue Ægidius Portugallus, pro-

vinciæ Hispaniæ moderator existens, suscepit ad ordinem in conuentu nostro Sancterenensî, in eodem Portugalliæ regno, quædam virum valde nobilem natione Vasconem ex Morlanensi oppido Bernardum nomine, qui iam erat, cum fuit ordinem ingressus, desponsatus cum quadam eque nobili. Is Bernardus vir fuit vitæ inculpatæ & magnam integritate præditus, & tandem in prædicto conuentu bonis operibus & miraculis plenus, ut testatur in vita beati Gilij vel Ægidij Magister Andreas Rescendus lib. 2. Non scio an conuenienter quispiam hunc fratrem Bernardum opinabitur illum fuisse Magistrum nouitiorum, cuius tempore miraculum paruulorum accidit, quod antea retuli.

B. Bernardus.

I

Huius decadis tempore (aliis anno 1269) claruit in Gallia Narbonensi in conuētū nostro Forliuensi frater Columbus Gallus, vir sanctitate vitæ conspicuus, & ibi iacet tumulo reconditus, & tam ab ecclesiastici ordinis, quam à sæcularibus personis in multa veneratione habetur, & ad eius sepulchrum plures paralyti & aliis infirmitatibus derenti, sanitatem recuperarunt. Obiit auctore fratre Seraphino Razio circa annum Domini 1269.

B. Colūbus.

K

Frater Petrus & frater Arnoldus, natione Galli, ex conuentu nostro Montis Pessulani, fratres fuerunt vterini qui ambo vno tempore simul ex matris utero in hanc lucem miseram prodire, vna & eadem die ad literarum studia missi fuere Parisios, vna & eadem die religionis nostræ habitum susceperunt, & eadem die, quinimo hora hæc miseram vitam viuere desierunt: & quantum conici

B. Petrus, &amp; Arnoldus Galli.

datur ex signis quę in eorum morte apparuerunt & ex vita religioſe acta ad cęleſtes epulas vocatum cęlum introiere. Neque abs re erit, ſi illos ſimiliter dicam beato Medardo, & beato Gildardo, vti ſanctitate vitę egregijs, qui anno Domini 419. exiſſe dicuntur, qui vna die, ex vno matris vtero hanc lucem prodire, vna & eadem die fuerunt epiſcopi facti, & eadem die hanc miſeram vitam viuere deſierunt, vt Iacobus de Voragine de illis refert: ſic etiam, &c.

L

B. Ioannes  
Teuto.

Circa annum 1252. obiit frater Ioannes Teutonius, generalis M. ordinis quartus in Serie, virum religioſiſſimus, & vitę probate, qui viuens & mortuus ſanctus miraculis claruit, vt author eſt D. Antoninus 3. p. hiſtor. titulo 23. cap. 10. & 12. Obiit Teutonia in cõuentu noſtro Argentinenſi, vel (ſi alijs placet) Baſilienſi: frater Seraphinus Razius ſcribit, quod obiit anno Domini 1254. die 4. Nouembris. Frater Thomas Brabantinus in ſuolibus quę ſcripſit de apibus, multa huius beati enigmata refert & miracula quę per eum Dominum operatus eſt.

M

B. Ioannes  
Sterlinus.

Anno Domini 1259. lego vitę præſentis expertum, fratrem Ioannem Sterlinum, virum nobilitate profapia ortum, ſed moribus nobiliſſimum & diſciplinę regularis obſeruantiffimum. Qui fuit concionator inſignis, & in laboribus ſupra modum patientiffimus, & omnium virtutum generaliter exornatus, & ad ſepulchrum eius Dominum multa miracula operatum fuiſſe, literarum monumentis proditum inuenio. Huius meminit frater Seraphinus Razius, & refert de illo quod ſemel in extaſim raptus & deductus in palatium

gium & ſpecioſiſſimum, ibique audiuit cantari ſuauiſſimè, Iſte eſt qui vitam mundi contempſit, & peruenit ad cęleſtia regna: exorauit altiffimum, & inuentus eſt in numero ſanctorum, & paulò poſt hæc obiit.

N

B. Iſmaraldus.

D. Antoninus in loco paulò antè citato, ca. 10. meminit cuiuſdã fratris Iſmaraldi, qui in conuentu Papienſi vitam degit ſanctiſſimam, & miraculorum gratia coruſcauit, ſi tamen is alius eſt à beato Iſuardo vel Iſnardo, cuius antea mentionem feci in decade anni 1240. in beatorum claſſe, & ſcriptorum vel Typographorum vitio vno loco Iſmaraldus ſcribitur, & alio Iſnardus.

O

Ad hanc decadem quorũdam ſententia eſt pertinere tres illos viros ſanctitate inſignes, qui per martyrium ad Dominum commigrarunt: & ſunt illi, frater Ioannes, & frater Nicolaus Hungari epiſcopi, & frater Berengarius Polonus, Archiepiſcopus, quorum ſententiam ſequutus inter paſtores memini in hac decade, & in claſſe beatorum in decade quę currit ab anno 1230. vſque ad 1240. Eorum mentio facta fuit iuxta illorum ſententiam qui eos ad illam decadem pertinere arbitrantur.

B. Ioãnes Ni-  
colaus, & Be-  
rengarius.

Communia

1260.

Anno 1264. poſtquam generalatui ceſſerant Umberto, electus fuit in generalẽ magiſtrũ ord. frater Ioannes de Verſellis. Qui anno 1267. fecit transferri corpus beati Dominici patris noſtri in arcam pulcherrimam ex alabaſtro confectam & miſce elaboratum.

A

Hic pater fuit religioſiſſimus, & totus ſolicitus

B

de suis ouibus, vnde per viginti, aut circiter, annos quibus præfuit, in illis visitandis fuit semper impeditus, nihil curans in Romana curia honores ambire & venari, & totum ferè ordinem visitasse fertur peditando, & nullo fultus subsidio extraneo equorù vel mularum. Interdum verò vt particularis quiuus alius religiosus & ignotus, ad conuentus diuertebat, vt melius quæ religionem minus saperét, posset deprehendere & corrigere. Vnde accidit, vt hoc modo semel conuentum vniuersæ Germaniæ intraret circa horam prandij, sociis in via relictis ex industria ad tēpus aliquod. Cūque ad mensam cum cæteris vt religiosus quiuus alius accederet, ipsi non quæ dabatur singulis pisculæ portio fuit exhibita, sed aliquid aliud fortè paruum conueniens ad membra lassæ recreandum. Dumque id considerat, accersito seruitore mensæ illum præfectum cōuentus rogat sibi dari aliquos pisces, quia lassus erat, &c. Cui prior pari incultitate & superbia atque ipse vsus fuerat in petendo modestia, respondit fatis alta voce, inquit, Non habemus pisces pro Lombardis sustinuit ille patienter, & finita mensa aduenerunt socij illius de illo rogantes. Animis consternatur omnes, & imox nolam capitularem pulsari facit: pro themate accipit eadem verba. Non habemus pisces pro Lombardis, multa fatur egregiè de charitate, & de hospitalitate, & priore illo absoluto, conuentum reformauit.

C

Anno 1262. electus fuit summus Pont. Vrbanus quartus, qui cōcessit M. ord. & prioribus vniuersis, ac eorum vices gerentibus, vt possint votum illorum qui ordinem intrant ( nisi esset votum

Sūmus Pont. priuilegia multa ordinis concedit.

de transeundo ad arctiorem religionem) commutare in alia pia opera, & pœnitentias iniungere. Concessit etiam fratribus Carmelitis, vt Christi fidelium causa deuotionis ad eos recurrentium de suorum licentia prælatorum confessiones audire, & eos à quibusuis absoluere possint, nisi fortè talia essent, propter quæ sedes apostolica esset consulenda, &c.

Anno 1265. electus fuit summus Pontifex Clemens quartus. qui roganti ab eo quodam viro insigni, vt per litteras vellet significare, quem potiùs ordinem ingrederetur, an Prædicatorum fratrum, an Minorum, quia mundum relinquere decreuerat, & ad aliquem horum transire, respondit, multa de vtroque ordine scribens encomia, & ea in quibus eorum vnus alium excederet, referendo, & demum concludit post alia: Siue hunc, siue illum elegeris, arctam viam ingredieris: & per porram intrabis angustam, ad terram mellifluam, & præ cæteris speciosam. Vnde apud te pondera, quis magis animo tuo placeat, & quæ spes melius portaturum, & sic vni conuersatione adhaereas, vt amore ab altero non discedas, frater enim Prædicator est reprobus, qui Minores non diligit, & execrabilis est frater Minor, qui vel odit Prædicatorum ordinem, vel contemnit.

Idem summus Pontifex indulxit nobis, vt in temporalibus bonis, in quibus succederemus in sæculo existentes, possimus succedere, & illa diuendere, &c. Et si contra hoc vlla interdicti, Suspensionis, vel excommunicationis ponatur sententia, nulla sit. Etiam excommunicationis sententiam tulit in eos qui violentiam aliquam faciunt

D

Disertissima summi Pontif. responsio ad quæst. sibi propositam.

E

Plura priuilegia ordinis nostro concedit summus Pont.



Excomunican-  
tur qui vim  
inferunt locis  
nostris.

ecclesiis nostris, aut locis, & quod ab illa solū per sedem apostolicam, vel per conseruatores nostris ord. ab illa deputatos absolui possint contrafaciētes. Indulgit etiam M. ord. & prioribus prouincialibus, vt possint absolui à suis confessariis, & absoluere suos fratres ab excommunicatione quam incurrerent, quoniam excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti sententias incautē proferrent sine scriptis, & postea celebrarent diuina. Indulgentias etiam concessit visitantibus ecclesiis nostras in dedicationis ipsarum anniuersarij die, & octo diebus sequentibus, & in festis beate Virginis, D. Dominici patris nostri, & aliorum sanctorum ordinis nostri, &c.

F

Idem summus Pontifex Magistro ord. prioribus prouincialibus, & eorum vices gerētibz iterum restituit & comisit curam Monialium, quam Innocent. quartus ordini abstulerat, dans eis plenam libertatem absoluendi priorissas & reformandi conuentus, &c. Ordinationem quoque diuini officij factam per Vmbertum, confirmauit, inhibendo ne quis sine licentia sedis apostolicæ circa illam aliquid mutare præsumat. Concessit quoque, vt tempore interdicti etiam strictissimi nostris domibus possimus celebrare diuina, excommunicatis, & nō pulsatis campanis, &c.

Cura Monialium iterum restituitur ordini nostro.

G

Idem summus Pontifex statuit, vt qui ex nostro ordine ad episcopales, vel alias dignitates ecclesiasticas eligerentur, vel postularentur, non possent præbere consensum tali electioni, aut postulationi sine licentia M. ordinis, aut prioris, aut sedis apostolicæ speciali mandato. Quod si secus factum sit, totum sit irritum & inane. Statuit insuper,

per, vt assumpti ad tales dignitates, consecrationis munus non recipiant, antequam libros & bona ordinem contingentia prioribus & conuentibus, à quibus assumpti sunt, resignent, nisi fortē iidem priores de consensu conuentus eis vsū ad tempus aliquod concedant: aliās eo ipso ab exequutione Pontificalis ministerij sint suspensi. Normine autem librorum & talium rerum declarauit, non intelligi scripta & quaterniones.

Anno Domini 1265. Petri Cathedram conscendit Clemens quartus, nomine Gallicus, ex prouincia Narbonensi. Cuius Germana, fœmina deuotissima, vidit aliquando, cum fratres prædicatores essent congregati in quodam capitulo generali, spiritum sanctum super illos congregatos descendere in specie ignis, vt ipse summus Pontifex, antequam Pontificatum assumeret, capitulo generali, & ipsi Reuerendissimo ordinis Magistro per literas scripsit. D. Antoninus 3. p. histor. tit. 20. cap. 1. in principio.

Anno Domini 1260. aut circiter, celebratum fuit nostri ord. Generale capitulum, 40. in serie, Barchinonæ, in quo eiusdē conuentus prior pœna absolutionis ab officio tam ipse, quam etiam omnes qui ad id consilium dederant, vel fauorem, puniti fuerunt per tredecim dies in pane & aqua, quia dormitorium conuentus erat tunc recens constructum, & aliquantulō altius, quam religionis nostræ erat conueniens paupertati. Er in capitulo generali 43. factō Parisiis, fuit ordinatum, vt nulla vestis daretur fratribz, nisi prius pannus, ex quo illa esset paranda, per examinatores iudicatus fuisset conueniens nostri ordinis paupertati:

O Deus bone, quanta erat illorum primorum nostri ordinis patrum vigilantia; ut in nobis non inueniretur, quod sanctæ paupertatis nostræ statuta derogaret. Quantum discrimen inter illorum & posterorum facta decreta. Illi enim totos nervos intendebant, ut primæus religionis decore perduraret, si quid piam illius collabebatur, summo studio restaurabant. Erat apud illos nouarum legum raritas multiplicitas verò operum. Pauca tunc temporis ordinabantur: seruabantur autem illa, & pleraque alia, & præuicari ad aliorum exemplum non debita sequebatur pœna. Illi tanquam legis nostri filij & cultores, spiritu diuino concepto & nutriti, spiritus opera magis ac magis parturiebant. Postiores verò solus forsitan magis, quàm fructibus veribus, quàm factis abundamus, & ordinationum nouarum multitudine, quàm illarum exequutione obseruantia: & tanquam serui, timoris spiritu amur, & attendimus semper ad noua præcepta multiplicandū, magis quàm ad obseruandum antiqua.

**K** Huius, aut sequentis decadis tēpore in capite generali Barchinonæ facta, fuit absolutus prouincialis Angliæ. & missus ad legendū in Teutoniā, & illi iniunctum, quòd in Angliam non rediret absq; generalis capituli licētia, & quòd septē diebus in pane & aqua ieiunaret, & septem reciperet disciplinas, & septē missas celebraret. Definitor quoque Angliæ, qui etiā assensum negarāt, ut studentes altarū prouinciarum reponerēt in Oxoniensi studio, fuerunt suspensi, quòd per septē annos non possēt esse definitores capituli generalis nec prouincialis. & qui ex illis erant priores, ab officio tuerūt absoluti, & illis iniunctum, ut quilibet

octo dieb<sup>9</sup> in pane & aqua abstereret, & reciperet tredecim disciplinas, & tredecim missas legeret.

*Apostolorum ord. chorus pr. eclarus. 1260.*

**A** Nno 1267 regnare cœpit Neapoli Carolus huius nominis primus. Qui conuentus nostri clarissimi D. Dominici primus fundator scribitur fuisse, quoniam, illum magnificè construi, & regium conuentum fieri iussit, ea in re strenuam nauante operam fratre N. cuius memoria sit in benedictione Domini.

*Curio autem ut sit mihi permiffum nonnihil ab Apostolorum ord. narratione digredi, & nonnulla quæ hunc conuentum insignem concernunt, & magis reddunt illustrem, vels. item tangere carpsim: quæ etiam Neapolim exornant.*

**B** In præfati nostri conuentus ecclesia est sacellū, in quo illa deuotissima imago Domini nostri Iesu Christi habetur, quæ habetur quæ beato Thomæ Aquinati ibi oranti, prout consueuerat, fuit aliquando locuta, postquàm officium de venerabili sacramento composuerat, inquit: Benè scripsisti de me, Thoma: Quam ergo recipies pro labore tuo mercedem? & ille, Non aliam præter te, Domine. Habetur etiam in eodem conuentu inter plerasque alias sacras reliquias & insignes, brachium eiusdem gloriosi doctoris D. Thomæ, & liber etiam eius propria manu scriptus super Dionysium Areopagitam. In choro etiam, & in sacrestia eiusdem ecclesiæ, in tumbis, distinctis holocaustis coopertis, habentur ossa recondita vnius Imperatoris, trium regum, vnius reginæ, & plurium etiam ducum illustrissimorum.

Nec silentio præterire volō, quòd nobilissimæ

*Conuētū nostri ord. regij Neapolit. quæ illustant.*

Ciuitatis amplissimæ & nobilissimæ Neapolitanæ commendatio.

pariter & amplissimæ & innumerabili populo fertæ ciuitatis Neapolitanæ præstantiam demonstrat, & quoddam præ aliis omnibus encomiis est maioris faciendum religiosissimæ & sacræ fidei sempintegerrimæ, & multum propensæ ecclesiasticis, ad commendationem facit quam plurimum esse in eadem ciuitate nostri ordinis conuentuum, quorum præclaros & amplos; scilicet D. Dominici, qui regius est, & centum religiosos regulares habet; Sancti Petri martyris, & is septuaginta tres, paulò minùs, complectitur, & sanctæ Catharinæ à formello, & hunc quinquaginta, & amplius, & alios religiosos complent. Sunt & præterea alij quatuor conuentus virorum nostri ordinis conuentus, & duo monasteria, quorum unum etiam nostri ord. insignes & opulenti.

D

Ne autem nostrorum tantummodò videantur esse sollicitus, aut ex nostris tantum prædictam ueritatem uelle comprobare, sunt in ea ciuitate conuentus religiosarum diuersorum ordinum, & cœnobiorum uirorù, in honorè beatæ Virginis, paucos ecclesiis computatis cum magnis, sunt 73. aut citius. Porro ecclesiæ omnes, si vno numero comprehendantur ascendunt ad summam 250. Sunt & ibi varia hospitalia, in varios vsus & pios constructa à pio populo, & benè dotata: de quorum numero vnum est pro incurabili morbo laborantibus constructum & fundatum. Cuius principis & author primus fuit nostri instituti frater Hieronymus Monopolitanus, vir grauissimæ authoritatis, olim in illo populo & concionator non minus clarus, quam clarissimus. Aliud verò est erectum in vsus orphanarum illarum quæ sunt in periculo lapsus, quæ interdum etiam vi auferuntur ab illis

qui earum curam habent, cum scilicet tale periculum subesse intelligitur, & in illud illæ recluduntur, & ibi religiosè aluntur. quousque nuptui traduntur. Foundationis illius etiam quidam nostri ordinis pater grauissimus, dictus frater Ambrosius de Baneolo ( qui obiit anno 1577. ) concionator clarissimus & ubique acceptissimus, fuit author, quia ad istud hospitale ædificandum primum populum induxit, &c.

E

Habet eadem ciuitas patronos quos & summa ueneratione colit, Sanctum Ienarium martyrem, qui fuit primus episcopus Beneuentanus: & eius festum celebratur Neapoli die 19. Septemb. Sanctum Aspreum confessorem & Pontif. qui fuit primus episcopus Neapolitanus, conuersus ad fidem à beato Petro Apostolo, cum illac Romam transibat, & illius festum tertia Augusti agitur. Sanctum Seuerum etiam confessorem & pontificem, cuius festum 30. Aprilis agitur. Sanctum Agripinum etiam, confessorem & pontificem, cuius festum celebratur die 9. Nouembris. Sanctum Eusebium etiam confessorem & pontificem, & illius fit officium die 23. Maij. Sanctum Athanasium confessorem & pontificem, cuius solemnia celebrantur die 15. Iulij. Sanctum Anellum Abbatem, cuius sunt solemnia die 14. Decembris.

*Prophetarum prouidus chorus. 1260.*

**A** Nno 1262. frater Ioannes Vicentinus, vir sanctissimus; Bononiæ existens, quid patres ordinis tunc temporis congregati Parisius, in generalibus conuentionibus facturi forent, ita procul existens, certissime prædixisse memoratur.

A

Frater Conradum, natione Teutonicum,

B

qui aliquando præfuit conuentui nostro Con-  
tienti, lego per quindecim dies antè sui Ob-  
diem & horam designasse, & id quomodo con-  
qui potuit, nisi spiritu ea quæ procul sunt fa-  
dotatus fuerit à Deo? Nescio an is Conrardus fu-  
rit, vel alius quispiam, quem ad ordinem susce-  
Pater noster Dominicus, & erat iam tunc vir g-  
uissimus, &c. & illius meminit Surius. lib. 4. de  
B. Dominici, P. nostri, cap. 6 Sed vtrùm conuen-  
tius, quàm ista, in aliqua alia decade foret locu-  
dus, me præterit.

C Literarum etiam monumentis proditum  
de quodam fratre Galtero Teutone, qui Argen-  
næ docuit, & præfuit per plures annos, quod  
spiritu prophetiæ fuerit à Deo donatus. Sed  
sum conscius, vtrùm opportunè hîc eum ca-  
locus, vel in alterum fuerit referuandus.

D In Portugallia, in conuentu Sancterenensi,  
hæc tempora quidam venerandus pater, regulæ  
vitæ obseruantissimus, frater Martinus dicebat  
qui ante ordinis ingressum fuerat Reuerend-  
mi episcopi Olisiponensis Capellanus, & post-  
dum simul cum eodem episcopo religionis nob-  
habitum sumpsit, & vir euasit sanctitatis extim-  
qui cum ad huc foret satis robustus, sui obitus  
prædixit.

E In eodem conuentu quidam alius pater  
rem agens, à prioratu absolui instatè petiit, qui  
cum minimè posset obtinere, se per mortem  
à Domino fore absoluendum prædixit: & ita  
cidit. Simile quid in Tuscia contigit in conuen-  
Tudertino. ex lib. qui dicitur Vitæ fratrum  
nis prædicatorum.

*Euangelistarum Cuneus pulcherrimus. 1260.*

A Hoc tempore insignium cōcionatorum loco  
& pretio habitus fuit in Vasconia frater Ber-  
ardus de Transuerla, euangelistes haud dubiè  
fructuosior & acceptior, quo erat in moribus  
euangelicæ regulæ conformior.

B Floruit tunc etiam frater Albertus Pisanus, vir  
nobilis ortus familia, facundus, & concionator nō  
triuialis. Qui ad constructionem nostri conuentus  
Pisani plurimum contulit. Nec socium habere ve-  
recundabitur fratrem Petrum Pironum Pisanum  
similiter, quia vir grauis est, & in concionibus illi  
meritò conferendus.

C Quidni etiam fratrem Hugolinum de Silua lon-  
ga in Eturia, & fratrem Aldobrandinum de To-  
schanella, diuini verbi præcones inclytos & fa-  
cundos prædictorum numero aggregabimus?

D Huius decadis tempore notus in Italia & in cō-  
cionibus famosus haberi cœpit frater Iacobus de  
Voragine (aliis de Viragine) natione Italus, patria  
Genuensis. Cui tres alios eodem nomine appella-  
tos lubet coniungere, vni nomen est, frater Iaco-  
bus de sancto Andrea; alteri frater Iacobus de Pe-  
rusio, Alteri autem frater Iacobus Scalpa de vrbe  
veteri. Qui omnes magnos latratus ad custodiam  
gregis Domini sedulo & fideliter emis(er)unt, etiam  
in posteritatis commodum nōnulla scripto man-  
dantes, vt nostra bibliotheca ordinis fatur.

E Eisdem verò ad sociari cupiunt, qui sunt eisdem  
meritis non inferiores, frater Ioannes de Pistorio,  
frater Paulus de Guasta ferro, frater Benedictus  
Tamerodus, qui etiam eiudem muneris functioni

obeunda diligenter & fructuose infudarunt. frater Guillelmus Peraldi vir doctrina & vberedicensendi felicissimus.

**F** Frater Henricus Colonienſis, vir ſanctus, concionator inſignis, & quondam prouinciæ toniæ moderator, nonne ob eximiam prædicationis gratiam qua Domino per multa tempora ſeruierat multo cum omniũ applauſu, & animarum fructu hunc confeſſum intrabit? Is etiam beato Ludouico, rege Franciæ, ob gratiam in tranſmarinas profectus fuit partes: & ab illis multo pretio habitus.

**G** Fratrem Ambroſium de Senis, virum ſanctum te vite, doctrina, & gratia verbi illuſtrem, D. Thomæ Aquinatis contemporaneum, heu heu quod diu latere deſijt: tres etiam eiufdem D. Thomæ ſcipulos, non obſcuros concionatores, ſcilicet fratrem Ptolomeum de Lutha, & fratrem Reginaldum de Piperno, & fratrem Bartholomæum non merito conqueri poſſe video, quod eorum tandem meminerim.

**H** Frater Latinus de Malabranca, vel de Francopanſis à familia nobili ſic dictus; & frater Iacobus de Lauſania; & frater Benedictus de vrbe verna ternarium conficiunt præclarum euangelizantium pacem, euangelizantium bona: & multa cum auiditate audiuntur ab omnibus. Quorum ſocietate optimo coniungi queunt & debent, frater Paganus Bergomenſis, & frater Guido Longinulus, ob ſuorum meritõrum magnitudinem & præſtantiam, & quia fidem Domini adeo ſtrenue predicarunt & conſtanter, vt pro ea mortem ob non dubitarint.

Turmam quandam lego concionatorum, qui per iſtud tempus in vinea Domini in variis municipiis partibus ex noſtro ordine laborarunt. Quos omnes & ſi meritis impares fuerint, nec concionatores aſſeram fuiſſe excellentes, hinc ſimul reuocare oportet, quoniam prædicationis munus viliter & indefeſſe exercuerunt: & ſuis ſcriptis ad nos tranſmiſiſis poſteros nunciunt, ideoque doctorum claſſem coornant. Sunt autem illi, frater Ioannes de Opreno, frater Mathæus de Gritis, frater Georgius de Caſcano, frater Ioannes de Lainpugnano; & frater Emanuel, omnes vel patria vel ſaltem cognomine Mediolanenſes; frater Andreas de Modoëria; frater Erciſcus Galuanus, frater Benedictus ſacræ theologiæ magiſter, frater Antoninus de Sancto Nazario Vercellenſis, frater Ardengus Papienſis, frater Nicolotius Eſculanus, frater Gerardus Leodiienſis in Francia, frater Guillelmus Iordanus in Anglia, & frater Ioannes Bromiardus: in Germania verò frater Conrardus Halberſtatenſis: omnes ſunt viri merito venerandi, & immortalis memoria digniſſimi.

Magni nominis hoc tempore fuit frater Ioannes Scalarius Vocontius, vir in cunctis moribus compoſitus, & concionator maximus. Nec minus ſeruicus & gratus concionator fuit frater Vigoroſus, natione Gallus. Ille obiit in conuentu noſtro Burdegalenſi. Quod autem hæc ſedes Vigoroſo competat, incertum habeo.

*Doctorum turba inſignis. 126c.*

**D**um doctorum huius decadis catalogum cõtexere paro, tanta ſe illorum offert multitudo

do, vt quos quibus præferam meritò dubitè  
 Atramem vnà occurrit adeò copiosa eorum  
 ma, qui Ioannes dicuntur, vt illis primum in  
 acie locum concedere necessum videatur. Vt  
 eorum cognominatur Columna Romanus, &  
 Monera Teutonicus, alter de Lapugnano, alius  
 Opreno, & hi ambo Mediolanenses, alter de B  
 mard Anglus, alter de Castilia Hispanus de  
 burgo vnus & alius de Herbech, & hi ambo T  
 tones; quos omnes multa veneratione digno  
 rebitur, qui eorum opera quæ libro 2. recen  
 diligenter euoluerit.

**B** Ecce in vnū conglobatos video, quos hoc te  
 pore Anglia se lætatur habere doctrina exim  
 nolūtque ab inuicem seiungi. Vnus frater Rich  
 dus de Phisaiia, alter Castriconensis, etiam Rich  
 dus dicitur: frater Guillelmus Ringi himēsis vnus  
 & alius etiā Vvillelmus Bodri himēsis, alter Gu  
 lelmus de Altono, & alius Guillelmus Iord  
 Et his ob necessitudinis vinculum quo illi co  
 nectuntur, coniungi desiderant frater Guillel  
 natione Brabantinus sacre theologie Baccal  
 reus, & frater Gerardus, lector Leodiensis: fr  
 Vlricus Teuto; omnes sunt viri graues & litter  
 ra non ignobiles, vt quæ posteris reliquen  
 commonstrant opera.

**C** Dum verò sit prædicatorum delectus iam  
 tergo eorum sequitur frater Hanibaldus Rom  
 nus, eumque concomitantur Vrbeuetani duo  
 licet frater Benedictus, & frater Iacobus Scalz  
 duo Mediolanenses, videlicet frater Mathæus  
 Gritis, & frater Stephanus. Et quoniam sic  
 tenæ circulus vnus alium, & ille alium trahit

& qui istis amiciciæ vinculo iunguntur, eos sequū  
 tur frater Iacobus de Lausania, & frater Emanuēl  
 Mediolanensis. Si autem quis nosse cupiat quantē  
 illi fuerint literaturæ, consulat quæ ad posteros  
 transmiserunt opera in nostra Biblioth. ord.

**D** Ne autem aliquid mali subfit in prædictis con  
 uentibus, vti solet fieri in bellica acie, dum eos fie  
 ri perpendit Florentia, virorum insignium fœcun  
 da, mox etiam suos afficere iubet & in vnum con  
 gregari, scilicet fratrem Accoldum, & fratrem Do  
 minicum de Pantheleonibus, & Perusinos amicos  
 vocat fratrem Benedictum Tancredum, fratrem  
 Paulum de Guastaferro, & fratrem Iacobum  
 de Perusio & fratrem Ptolomæum de Lutha. Pa  
 cis quoque fœdere vnita cū Senēsisibus, fratrē Am  
 brosiū & Iacobū de Sancto Andrea. Et ex his om  
 nibus aciem conficit instructissimam, & licet non  
 ita numerosam, vt prædictæ sunt: tamen quæ  
 etiam cum illis non reformidet congregari in qui  
 busuis doctrinæ conflictibus.

**E** Vti solent ad elcām volucres concurrere, &  
 ad sonum tympani milites vnde quaque, eque  
 stris etiam ordinis viri plæclari licet nullius stipen  
 dij intuitu pro iustitia tutanda & iniuria repellen  
 da se consueuerunt ad pugnam parare: Sic quo  
 que dum prædicatorum fiunt congregationes  
 quasi hunc minas armorum concipiunt, vt de  
 biliori parti subsidio sint, etiam in vnum conue  
 niunt, frater Leonardus de Pistorio, frater Nico  
 larius Esculanus, frater Petrus de la Scala, frater  
 Petrus Gallus, Hifridus de Arena, frater Step  
 hanus de Reate, frater Andreas de Modoëtia,  
 frater Antoninus de Sancto Nazario; Arden  
 h

gus Papiensis, Benedictus de Vrbe veteri, Georgius de Cascano, Georgius Arrarus de Alexandria, Gerardus Mindenensis, Hugo de Argenteo, omnes viri strenui & doctrina clari, instructissimi, ut opem ferant his qui fuerint iniuriati. Quibus verò armis instructi, tale præstolentur certamen ex lib. 2. potest haberi.

*Pastorum conuentus eximius. 1260.*

**A** Primum in hac classe locum cōcedamus fratri Petro de Tharantasia, natione Burgundo, quod dum foret prouincialis Franciæ, factus est Archiepiscopus Lugdunensis, & postea ad Cardinatus fuit euectus fastigium. Sicut autem ex istis quæ clarissimus fuerit colligitur, sic quoque ex illis operibus, doctissimus.

**B** Hoc tempore etiam frater Annibaldus Romanus ex magistro sacri Palatii per Urbanum quondam fuit Cardinalis factus, sub titulo, 12. Apostolorum fuit eruditionis eximiæ, & vitæ probatissimus. Obiit in Vrbe veteri, anno Domini 1272. & ibidem quiescit in conuentu nostro.

**C** Beatus Thomas de Aquino ab Urbano quondam ad Archiepiscopatum Neopolitanum promotus batur (ut in serm. suæ festiuitatis, & in legenda referatur apud Iacobum de Voragine, & Claudium de Rota) sed magna animi constantia illum accipere renuit, etiam in hoc patris nostri Dominici sequutus exemplum.

**D** Ad huius decadis principium vel ad præcedentem pertinet, quòd frater Iacobus de Colonia Archiepiscopus Messanenensis, vir sanè non minus

ob suam doctrinam, & virtutes animi præclaras, quibus gregem suum paut diligenter, venerandus, quàm est in sæculo Columnensium familia Romana admodum illustris.

Frater Thomas Agni de Lentino (alij scribunt Aquilentinus) qui prior existens, beatum Thomam de Aquino suscepit ad habitum, fit (ut aliquibus placet) Archiepiscopus Cusantinus, & postmodum episcopus Bethlehemiticus. Ut autem Onuphrius dicit in suo Chron. ecclesiastico, fit episcopus Messanenensis, & postmodum patriarcha Hierosolymitanus. Obiit anno Domini 1272. Aliis vero anno 1277.

Ad hanc etiam decadem pertinet, vel ad præcedentem, quòd frater Humbertus de Romanis fuit designatus patriarcha Constantinopolitanus: sed ille huiusmodi onus & honorem constanter acceptare renuit.

Tres viros lego per hæc tempora claruisse, quorum eruditio, tum vitæ probitas, tum etiam in suis pascendis ouibus opera sedula impensa multum commédabiles efficiunt. Sunt autem illi F. G. Adæ Archiepif. Antibariensis, frater Bartholomæus D. Thomæ discipulus quondam, episcopus Torfelanus, qui fuit patria Bononiensis, & ante hunc præfulsum Magister sacri palatii; & alius frater Bartholomæus, cognomento Lapatus, episcopus Coronensis. Horum primus vixit in suo archiep. circa annum 1270. teste F. Iacobo de Suzatho.

Nec minus clari nominis, aut in pastorali cura minus vigiles fuerunt frater Benedictus Miroselinensis episcopus, quæ ciuitas est in regno Cathalonæ, & frater Benedictus, Cumanæ ecclesiæ

præsul, & F. Petrus de la Scala, Veronensis Antistiti  
 Quorum primus obiit anno Domini 1263. Barthe-  
 nonæ, & ibi requiescit in conuentu nostro.

I Anno 1264. aut circiter. fit ab Urbano quatuor-  
 Ratisponensis ecclesiæ præsul frater Albertus co-  
 gnomento Magnus, & circa annum 1262. frater  
 Prolomæus, episcopus Torfellanus: & sicut ille  
 fuit solùm pastor optimus, sed etiam optimorum  
 quorumcumque exemplar in signe, & forma sin-  
 gularis; sic quoque hic illius tũ eruditionem, tũ  
 in pascendo grege diligentiam fuit singulariter  
 æmulatus. Lapsus verò videtur fuisse Münsterus  
 Albertum Magnũ anno Domini 1286. ad talẽ ep-  
 scop. assumptũ fuisse ait lib. 3. cap. 345. dũ Augu-  
 stinorum præsulũ seriẽ texit. Nã vniuersa ord. Chro-  
 nica eũ anno Domini 1280. humanis rebus exen-  
 ptũ fuisse asserũt. Ibidẽ verò Münsterus ait, quòd  
 le solo biennio in episcopali sede permansit.

K Claret in prouincia Saxoniz frater Otho de Ma-  
 lis, qui postquã diu se exercuerat in re militari  
 vir equestris ord. existens, mundo & pompis em-  
 valescens, nostræ religionis togam suscepit, &  
 postea ob suæ religionis & prudentiæ singulari  
 præstantiã factus fuit Mindenensis ecclesiæ præsul,  
 in eo præsulatu vixit vsque ad annũ 1270. Alij rati-  
 scribunt eũ ad hãc dignitatẽ promotũ anno 1260.

Nũ verò huius decadis tẽpore, vel alterius frat-  
 Andreas de Pistorio sit eiusdẽ ecclesiæ factus præ-  
 sul, incertũ habeo, non tamẽ, quòd fuerit autho-  
 ritatis grauissimæ, & pastor strenuus, ac diligens

*Beatorum castra speciosissima. 1260.*

A D hanc decadem pertinere illos 90. fratres  
 qui fuerunt pro Christo à Tartaris trucidati

in Hungariæ partibus, quorum memini in deca-  
 de 1. huius sæculi, quorundam est sententia qui  
 eorum passionem contigisse scribũt anno Domi-  
 ni 1262. & hoc ego verius esse puto, quã quòd ad  
 decadem istam referantur. Et hoc etiam referunt  
 fratrem Pontium Hispanum ab hæreticis veneno  
 peremptum, quẽ in tertia huius primi sæculi deca-  
 de collocaui. Vtrũ etiam ad hanc vel aliquã de-  
 cadem ex vicinis pertineant, hæreo, frater Bartho-  
 lomæus, & frater Antonius Pao, hæreticorum  
 censores diligentissimi, & fidei catholice defen-  
 sores valdẽ strenui. Qui dum illam tuentur intrep-  
 idẽ, & Christum confiteri non erubescunt; per tẽ-  
 poralis vitæ dispendium, æternam fuerunt pro-  
 meriti, pro fide Christi occisi. vitam.

Circa annũ 1262 in Hungaria quidam veneran-  
 dus pater vt multo sanguinis splendore, sic & vir-  
 tutũ animi nobilitate insignis & illustris, postquã  
 relicto principatu, quem possidebat in sæculo, ad  
 religionem, securum tranquillitatis portũ, confu-  
 gerat, nostri ord. togam suscipiendo; à Tartaris il-  
 las partes inuadentibus fuit pro fide Christi truci-  
 cidatus, & per coronam martyrij ad cælum trans-  
 missus.

D Anno 1260 in Hispania, in conuentu Segobien-  
 si, obiit quidam venerandus pater religione cons-  
 picuus, & obseruantiz regularis singulare specu-  
 lum, cui nomen erat frater Dominicus, & is fuit  
 natione Hispanus, patria Segobienensis, & inter  
 præclaros huius nominis ordinis viros fuit ter-  
 tius. Hic itaque vitę sanctimonia, & miraculorum  
 gratia extitit clarissimus & gloriosus. Frater Sera-  
 phinus Razijs Italus in suo libro de beatis nostri

Nonaginta  
 fratres nostri  
 pro fide Chri-  
 sti occisi.

B. Pontius;

B  
 B. Barthole-  
 mzus.

B. Antonius  
 Pao.

C  
 B.N. Hugarij

D  
 B. Dominicus  
 Segouienensis.



ord.refert aliqua miracula in particulari qua  
egit beatus.

**E** Celebris etiam fuit famæ frater Romæus Ca  
thelanus ex oppido vel castro, dicto Cerdano  
prope Podium, vitæ sanctitate mirabilis. & eo pla  
rimum efferendus, quod fuit admodum singulari  
& eximius cultor beatæ Virginis Mariæ, & mirum  
in modum deuotissimus, quâ millies quolibet die  
genibus flexis salutare consueuerat, & oratione  
Angelicam dicere, & frequenter habebat in ore  
Dauidis sententiam, Cùm dederit dilectis suis son  
num, ecce hæreditas Domini. Hic prouinciam fra  
Narbonensem multis annis magna cum laude te  
xit, & post multos labores perpeffos pro Domino  
apud Carcaſonam migravit ad illum, anno Domi  
ni 1261. & tam vita functus, quàm uiuens mira  
culorum gratia fulsit. Eius corpus cùm ultra 100  
annos iacuiſſet sub terra, à nostris patribus inde  
eminentiorem locum translatum fuit, omninodis  
tegrum & incorruptum repertum, & super nou  
illus sepulcro hi versus fuerunt appositi,

*Hac sunt in fossa fratris venerabilis ossa*

*Dicti Romæi qui fuit arca Dei*

*Hic Iesum atque piam dilexit valde Maria*

Frater Seraphinus Razius Italus id refert.

**F** Claruit & per eadē tempora frater Guillelmus  
Sifachus Burdegaleſis ex Tolosana prouincia  
vir vestigiorum D. Dominici, P. nostri, imitator  
dulus, & æmulator præcipuus, quem miraculorum  
gratia Dominus decorauit, & illustrem fecit.

**G** Nec inferioris meriti fuisse censentur in eadem  
prouincia Tolosana, & in Vasconia duo viri ad  
modū celebres & vitæ integerrimæ, quorum vter

que frater Bernardus dicebatur, sed vnus cogno  
mento Cantius, alter verò de Transuersa. Qui am  
bo & præcones diuini verbi fuerunt singulares,  
pietate venerandi & miraculorum gratia conspi  
cui. Qui autē de Transuersa fuit dictus, obiit in ci  
uitate Vrgellēsi, & 12. cæcis lumē restituisse fertur,  
audirū surdis aliquot, gressum ꝑ. Claudis, multu  
que alijs infirmitatibus derētis perfectā sanitatem,  
& à Dæmone vexatis liberationē integrā. Memi  
nit illius D. Antoninus 3. p. hist. tit. 23. cap. 10. 11. S.

**H** Eximij etiā fuit nominis in Vocontia in conuē  
tu nostro Oresienſi frater Dominicus de Valerica,  
vir quippe fuit religione præstans, sanctitate vitæ  
inſignis, & miraculorum gratia potens & clarus.  
Hic ex conuentu suo missus Banchas. (Vocontio  
num vicus est) ibi vocatus à Domino ad cælestes  
epulas, diem extremum obiit

**I** Teutoniam hoc tēpore duo viri clarissimi mi  
rum in modum illustrem reddiderūt, vni nomen  
erat frater Galterus huius nominis secundus, qui  
per annos aliquot Argentinæ docuit. Alter verò  
frater Conrardus Alberti Magni nepos ex forore,  
viri ambo fuerunt sanctissimi, & primus etiam dū  
viueret, miraculis claruit, & post obitum vterque.

Et quidem miraculorum, quæ per hunc opera  
tus est Dominus, meminit D. Antoninus 3. p. hi  
stor. titul. 23. cap. 10. ꝑ. S. & 3. De eodem Galte  
ro proditur quod in manibus, pedibus & in late  
re sensibilem dolorem ex passionis Domini nostri  
Iesu Christi memoria pertulit. De eodem etiam  
scribitur, quod dum quadam die capitulum tene  
ret quibusdam sanctimonialibus, & officia illis  
distribueret; quædam illarum actu febricitans,

B. Bernardus  
Cantius.

B. Bernardus  
de transuersa.

B. Dominicus  
de Valerica.

B. Gualterus.

B. Conrardus

Galterus in  
manibus &  
pedibus &  
terere passionis  
dominice do  
lorem sensi  
bilem pertulit.

B. Romæus.

b. Guillelmus  
Sifachus.

quæsiuit ab eo, quodnam illi officium iniungeret  
Cui ille, Tuam infirmitatem. Quam ob causam  
illa deinceps nihil remediij sollicita erat quæ  
contra febres quas patiebatur, inquiens, quod  
officio eas illi prælatus iniunxerat. Paucis  
postea elapsis septimanis eò redijt idem pater,  
febris illius imperauit in nomine Domini,  
sanata fuit statim.

Prædictus etiam Conrardus ille esse videbitur  
cuius meminit Surius in vita beati Dominici  
patris nostri, lib. 4. cap. 6. inquiens, Conrardus Teu-  
tonicus fuit à P. Dominico ad habitum receptus, & post  
Magister in theologia vir regularis vitæ valde  
seruus, qui obitus sui diem & locum quo erat mor-  
turus prædixit, nec in eius obitu miracula defuerunt.

Anno 1263. obiit in prouincia Tolosana fra-  
ter Pontius de Vico S. Egidij, eiusdem prouinciæ  
quando moderator strenuus, & hereticorum cen-  
sura acerrimus, regularis autem vitæ obseruantissimus.  
Obiit 15. Calend. Iunij in Diocesi Lemouicensi  
& ad eius tumulum & intercessionem multa  
miraculis operatus est miracula.

Anno 1264 diem clausit extremum frater  
Albertus (aliis Albertus) Allobrogus, vir Deo deu-  
otus & sanctus, & salutis proximorum zelator pro-  
cipuus. Qui ad vicum diuertens, cui nomen est  
bellum, obiit ibidem, & sepulturae fuit traditus  
ecclesie Canonorum regularium, cui multum  
decoris accreuit ex sancti huius sacro corpore  
recondito: & ad eius sepulchrum quamplurima  
sunt patrata miracula. Is etiam obitus sui diem  
prædixisse proditur.

Quendam fratrem Guillelmum Teutonicum

vitæ probatissimæ, & inculpatæ, ac miraculorum  
virtute potentem, & quendam F. Laurentium  
etiam virum vitæ sanctimonia clarum refert D. An-  
toninus; p. histor. tit. 23. cap. 10. SS. 3. Porro cum  
eorum obitus diem ignorem, & quis eos conue-  
nienter capere possit locus, aut debeat, hic illos  
notare sit satis.

Frater Gilus vel (quod idem est) Egidius, na-  
tionis Portugallus, vir sanctissimus, in conuentu  
nostro Sancterenensium vitam viuere desiit, & ibi tu-  
mulo traditus, obiit anno Domini 1265. ipso die  
Ascensionis Domini: & viues ac vita functus qua-  
plurimis miraculis coruscavit. Hic Egidius fuit  
natus in oppido, quod Voazella dicitur, & est si-  
tum in diocesi Viseensi, ex parentibus nobilibus,  
& summe autoritatis apud regem Portugallie.  
Nam Sancio maiori dicto, Portugallie regi fuit  
eius pater à consiliis, & Regie maior domus, ac  
arcis & vrbis Conimbricensis præfectus, & ita fa-  
ctum est, vt fauore regio, antequam Egidius præ-  
satus nostri ordinis habitum susciperet, Bracaren-  
sis, Conimbricensis ecclesiarum & Igardetanae sa-  
ctus fuerit Canonicus, & etiam rector ecclesie D.  
Irenæ Virg. & Martyris, & etiam ecclesie Cheru-  
scensis. Is Egidius fuit à parentibus Lutetiam  
missus ad litterarum studia, & dum eò pergeret,  
iuuili ardore cupidus euolebat animo, quo-  
modo in re litteraria posset celebris euadere, &  
nomen magnum sibi comparare. Dumque ista  
versatur in animo, fit illi in via obuius Dæmon in  
forma peregrini, id ipsum quod ille intendens.  
Ideoque hanc occasionem nactus Dæmon, illi in-  
sinnauit, vt necromantie arti perdiscende se

B. Laurentius.

N  
B. Gilus si-  
ue Aegidius  
Portugal-  
lus.K  
B. Pontius de  
Vico sancti  
Aegidij.L  
B. Chalber-  
tus vel Al-  
bertus Allo-  
brogus.

B. Guillelmus

appeteret, & quòd omnia quæ optabat, consecratur promissit, dummodò ille fide Catholica præ abnegata, Chirographum illi suo sanguine conscriberet, quòd Dæmonis foret seruus perpetuus. Paruit Ægidius, & Toleti hæsit per annos aliquot Necromantiæ operam nauans. Demum post aliquot annos, qua tempora tactus à Deo, illi arti & mundo inquit tum vale fecit, & veluti alter Cyprianus, qui primò fuit magicis artibus detentus, & postmodum sanctitate insignis euasit, nostræ religionis habitum suscepit Palentiæ, ordinem nostrum ad huc moderante fratre Iordano Saxone, & vobis professionis ibidem emisso. Sancterenum venit & ibi multum religiose conuersatus fuit aliquot diu, & postmodum Lutetiam missus pro studio Theologico, in quo sedulam nauauit operam, fuit in illa facultate doctor creatus, & postea electus prouinciæ Hispaniæ moderator non tantum vnum collectis suffragiis, quàm viua voce & consensu omnium simul acclamantium, vt olim de Ambrosio ad episcopatum euecto legitur, dignus prouincialatu Ægidium. Fuit itaque Ægidius postquàm à magicis artibus resipuit bonis operibus plenus. Nàm carnibus semper abstinuit cùm foret liber, infirmus autè se medicorum consilio tractari permisit. vino in cœna nunquam, in prandio vero ob stomachi frigiditatè utebatur, sed modico nemiùque lymphato. In aduentu, & in quadragesima, & per totum annum quartis feriis & sextis, in pane & aqua ieiunabat, & exemplo P. nostri Dominici, singulis noctibus etiam ad sanguinis effusionem vsque tres disciplinas suscipiebat, duro etiam cilicio indutus erat, & ferrea zona carnem præcipue

te, cuius cornua clauis clausa faciens, tunc clauem Tagum fluuium proiecit. Celebris huius sancti memoria agitur Dominica infra oct. Ascensionis Domini, & quàm plurimi infirmi intercessionem & actu cinguli ferrei, quo ipse viuens vsus fuerat, sanitatem recuperant quotidie. Hæc Magister Andreas Resendius in vita illius quam composuit, in quatuor lib. distinctam, quæ in eodem conuentu Sancterenensi seruat in manu scripta.

Fratrem Bartholomæum Vincentinum Vicentiniæ etiam ecclesiæ præfulem, & virum sanctissimum, & pastorem optimum doleo per obliuionem hucusque fuisse dilatum, eius corpus fidelium deuotione cogente, fuit anno 1495. ad eminentiorem locum translatum ex loco humili, & ibi Vicentiæ in multa veneratione habetur. Huius beati viri amplam mentionem facit in suo Chronico frater Ioannes de Cruce, lib. 4. cap. 29. eum anno domini 1260. obiisse scribit frater Seraphinus Razius.

B. Bartholomæus Vincentius.

Communia.

1270.

**A** Nno 1273. Gregorius decimus concilium generale celebravit Lugduni, cui nostri ordinis Cardinales tres, & triginta Archiepiscopos & episcopos ex nostro ordine assumptos, interfuisse, omnes viros & vita & sciëntia claros, scribit Leander Bononiensis, lib. 3. de vir. illustribus cap. vltimo. Et id ipsum, vt verissimum retulisse fratrem Stephanum de Salanacho, virum non mediocriter grauem, qui eidem concilio interfuit, litteris mandatum lego.

**A** Tres Cardines & 30. episcopos ex nostro ordine interfuisse Concil. Lugdunensi prædicatur.

**B** Anno 1277. aut circiter, summi Pontificis quartus foror, quædam mulier deuotissima aliquando nonnihil humanis rebus abstracta, dicit in visione, quod cum nostri ord. fratres in quadam conuëtu comitia generalia celebrarent, spiritus sanctus super illos congregatos in ecclesia specie ignis descendeat, ut D. Antonin. refert, histor. tit. 20. cap. 1.

Pix cuiusdam  
matronæ vi-  
sio.

**C** Eadem quoque matrona venerabilis dum quando fratres post completorium Antiphonam illam, Salve regina, cantarent, & ad illius partem peruenissent qua dicitur, & Iesum benedictum fructum, &c. vidit beatam Virginem in capite processione super eleuatam offerentem filium paruulum, quem gerebat, fratribus ipsis. Ceterum etiam ad finem Antiphonæ eiusdem dicendo (Maria) inclinarent fratres; vidit etiam eandem Beatam Virginem inclinantem & resalutantem eos, ut testatur D. Antoninus 3. p. histor. tit. 23. cap. 3. in fine.

## DECAS VI.

*Apostolorum chorus præclarus 1270.*

**A** Huius & sequentis decadis tempore Carolus secundus huius nominis regni Siciliae gubernacula tenebat. Qui aliquando cum rege Aragoniæ bellum gerens, fuit ab illo captus, & in Hispaniam ductus, ac in arctam custodiam tractatus, & ab illa miraculosè beneficio beatæ Mariæ Magdalene liberatus, ut aliqui posteris reliquias scriptum, & quod etiam Marsiliæ, & apud S. Maximinum (id sibi mandante eadem gloriosa Magdalena) conuentus nostri ordini concessit, ut

ut ipsa Iesu Christi Apostola, ita apud Prædicatorem. Et suæ pœnitentiæ locus in custodia esset, & suum sacrum corpus. Hic idem princeps Christianissimus in regno Siciliae duodecim & amplius nostri ord. conuentus fundasse, simul & dotasse scribitur, & qui etiam nostrum ordinem adeo dilexit, ut mortuus, quæ est præcipua humani corporis pars, scilicet cor in regio & insigni conuentu nostro, D. Dominici Neapoli illius in sepultura tradit debuerit, huius rei meminit Silvester à Prieto in sua Rosa aurea in sermone infra oct. paschæ.

**B** Anno 1278. ædificari cœpit Florentiæ conuentus noxter S. Mariæ Niuellæ (ut refert Ioannes Villanus in sua histor. lib. 7. cap. 56) & primum lapidem in fundamentis iecit Cardinalis frater Latinus ex nostro ordine assumptus, qui illuc missus fuerat ab Apostolica sede legatus, ad sedandum tumultus quosdam, qui inter Gibelinos & Guelfos exorti fuerant. Illius autem primus fundator aut prior fuisse creditur frater Ioannes Salernitanus, quem illuc apostolum direxerat adhuc uiuens pater noster Dominicus.

Attamen Chronicorū ordinis testimoniò magis standum arbitror, quàm prædicti Ioannis Villani, & illam foundationem conuentus præfati antiquiorem inquirunt, & ad decadem quæ currit ab anno Domini 1230. ad sequentem vsque referendam esse putarim. Vtrum verò ipse fallat, vel prænominatus Villanus fallatur in hoc, obseruare dignetur curiosus & diligens lector, & ut id ipsum in reliquis agat cupio.

*Prophetarum laudabilis numerus 1270.*

**A** **D**vo conuentur nostri Sancterenensis occurrunt religiosi in prouincia Portugalliaë furo-  
rum vates certissimi, quibus vatum texamus  
riem. Vnus dicebatur F. N. Alter verò frater Ma-  
tinus, conuersus: & ille quidem etiã cum robore  
foret, sui transitus certum tempus prædixit.  
verò etiam obitum suum per octo dies ante.  
mille quid etiam de F. Hermano Teutonico  
sanctitatis eximię narratur. Classẽ ergo hanc  
rum qui ea, quę procul sunt, fantur, quis illis  
tò negare audeat? ex lib. qui dicitur Vitæ fratrum  
ord. prædicat.

**B** In conuentu Arelatensi in Francia fuit religio-  
sus quidam, cuius nomen non proditur, vir  
integræ & inculpatæ, qui sui & alterius obitus  
certo prædixit. Sed & duo alij eiusdem conuentus  
religiosi ad prædicandum simul missi, & per  
uentum quendam fratrum Minorum trãseunt  
tempus designarunt, quo apud eos & simul morari  
deberent, & simul sepeliri. Et fuerunt in omnibus  
vates certissimi. De quibus subiicere lubet quod  
fuit de alijs aliquando scriptum.

*Felices quibus vna fuit mens semper, & vna  
Quos tulit hora simul, quos lapis vnus habet*

*Euangelistarum nobilis acies. 1270.*

**A** **F**rater Rainerus Longus Pisanus (alter ab-  
qui Pantheologiam edidit) vir disertus, & in-  
cundus, & concionator indefessus, grauis, & in-  
tuetosus. Qui tantæ apud populum æstimationis

uit, vt cum cõmunibus suffragiis Claritanus po-  
pulus in antistitem delegerit, licet ille acquiescere  
noluert.

**B** Frater Albertus Falchemburgensis Teuto, vir  
in sæculo nobilis, sed in religione multò euasit  
nobiliior, virtutum animi splendore fulgidus, e-  
uangelistes præclarus & gratosus, cunctos in sui  
admirationem rapit.

*Doctorum cætus singularis 1270.*

**A** **F**rater Petrus de Tharantasia, & frater Ioan-  
nes de Vercellis, viri ambo grauissimi & litte-  
ratura insignes, ac multipliciũ rerum cognitione  
illustres, an non quorumuis doctorum esse pos-  
sunt iure optimo ductores?

**B** Quinarius quidam grauis confurgit virorum  
per omnia grauium, qui in se omnium oculos  
conuertunt. Sunt autem illi, frater Ioannes Chri-  
stophori, & frater Hermannus (alijs est Herman-  
dus) & sunt ambo Mindenses, frater Theodori-  
cus de Vrburgo, frater Romanus, & re & nomine  
talis, frater Agidius de Lasciuijs: omnes sua ætate  
doctrina clari habiti fuerunt, & docendi munus  
quàm diligentissimè exercuerunt. Et si senarium  
quis magis cupiat confectum, is addat fratrem  
Munionem Hispanum, virum sua ætate eruditio-  
nis non vulgaris reputatum.

**C** Per hæc tempora floruisse in nostro ord. pluri-  
mos viros doctrina celebres, quorum viginti &  
amplius, plura tam in Physicis, quàm in Theolo-  
gicis ediderant volumina, scribit in suo Chronico  
nostri ord. (quòd Manuale illi placuit inscribere)

quidam pater Hispanus conuentus nostri Hispaniensis, qui illud edidit circa annum Domini 1270.

**D** Frater Petrus de Valerica, & frater Petrus Chononis Regius, frater Petrus de Andrea & Petrus de Aluernia, frater Thomas de Suetonia Anglus, & frater Thomas de Canti Præto Brabantus, frater Vlricus de Argentina, & altero momento Engilbertus, frater Guilelmus Lugdunensis & frater Guilelmus Durandi cognominatus Speculator, & frater Gerardus de Fracheto doctrinæ micantissimis radiis plurimos eum nunc illuminant.

*Pastorum conuentus. eximius 1270.*

**A** Anno 1274. ad Cardinalatus apicem subleuatur ex archiepiscopo frater Petrus de Terrantasia, & postmodum anno 1276. mortuo Gregorio 10. fit summus Pontifex, & Innocentius quintus vocatur. Qui solum per quinque autem menses, aut circiter, sedit, & tunc moriens sepultus fuit in Lateranensi ecclesia, D. Antoninus hist. tit. 23. cap. 11. dicit quod sedit vnum annum & aliquot menses.

**B** Anno 1278. Nicolaus tertius summus Pontifex ex nostro ord. creauit Cardinales quorum vnum frater Latinus dictus fuit de Frangiapanis vel Malabrana, patria Romanus, & ipsius Nicolaus erat consobrinius, fuitque factus Cardinalis Hispaniensis, & mox missus Florentiam legatus pro multibus componendis, qui ibi fuerant exortum sit vsque ad annum 1294. & tunc obiit Perusinus.

Alter verò Cardinalis quem creauit fuit frater Robertus Bilibri natione Anglus, qui primò fuit prouincialis Angliæ, mox Archiepiscopus Cantuariensis

riensis, & tunc demum à prædicto summo Pontifice ad Cardinalium euectus, obiit Viterbij anno 1280.

**D** Idè summus Pontifex Generalè M. nostri ordinis fratrem Ioannè de Vercellis elegit & declarauit Hierosolymit. Antistitè: sed ille cõstantissimè restitit, maluitque pauper paupertatis degere sub regula. Anno 1276. frater Guido de Soliacho, vir nobilitate sanguinis & virtutù animi splendore magnus fit ab Innocent. 5. Archiepiscopus Bituricèsis ecclesiæ, postmodù verò patriarcha Gradèsis, & demùm Aquitanie primas. Obiit autem anno Domini 1280. Ad hunc eundè patriarchatum Gradensem fratres nostri ord. diuersis tēporibus assumptos fuisse scribit. D. Antoninus 3. part. hist. tit. 23. cap. 11.

**F** Frater Bonifacius Rubeus Parmèsis fit Archiepiscopus Rauennas, vixitque per 24. annos in Archiepiscopatu, vt dicit Onufrus in suo Chron. eccles. Vir fuit ille fama spectabilis, vitæ integræ, & gregis Domini sibi concrediti non mercenarius, sed pastor præclarus, & sedulus.

**G** Isto adhuc tempore claruit frater Guilelmus Peraldi, Lugdunensis ecclesiæ præsul, vir & ob diuini verbi facundiam, doctrinæ præstantiam, in pascendis ouibus Christi vigilantiam eximij nominis sua ætate reputatus.

**H** Anno Domini 1279. frater Guilelmus Duradi, Speculator cognominatus, vir in iure, & in aliis facultatibus suo tempore nominis magni, fit Munatensis ecclesiæ præsul, teste Onufrus in suo Chron. eccles. & pastoris optimi officio satisfacit. Hunc verò nostri ord. fuisse religiosum in lib. 2. quem Bibliothecam ordinis vocare libuit, ostendo.

**I** Anno 1272. fratres Rainerus Longus Pisanus de-

lignitur Claritanus episcopus. Sed ille uti in  
diui Dominici P. nostri sequutus vestigia, electus  
de se facte noluit consentire, pauperem vitam  
elegerat, malens in religione securus degere, qu-  
cum salutis suæ & aliorum periculo episcopatu  
sua insigniri & coornari.

**K** Teste D. Antonino 3. p. hist. tit. 23. cap. 11. frater  
Raynaldus fuit Archiepiscopus Armachanus  
Hiberniæ primas, & illi postmodum in eodem  
chiepiscopatu successerunt postea frater Martius  
& frater Galterus. Sed cum eorum distinctim  
pora, quibus ad eam dignitatem sublimati fuerant  
consequi non valuerim, eos in vnum coniungere  
collocare sit satis.

**L** His autem præmissis, aliud ternarium subiiciam  
signiū præfulum, quorū conuersatione tempus  
possit interdum: sunt autem illi, frater Petrus  
centinus, episcopus Bobiensis, frater Agnifusus  
scopus Bergomensis, & frater Riboldus Hun-  
gari in eadem Hungaria præful. Hi autem cum  
lis dulcia ac docta miscentes colloquia de patri-  
alis cura regiminis, ut ferrum ferro acuitur, in-  
lectus poterunt illustrare, & affectus incendere.

**M** Frater Aldus Brandinus, natione Etruscus, p-  
tria Florentinus, & ex eorum nobili familia, q-  
dicuntur Caualgantes, postquam fuit Rom-  
næ prouinciæ moderator, Vrbeuentanæ eccl-  
siæ factus episcopus, & Gregorij 10. post-  
modum tempore concilij Lugdunensis fuit illius  
carius Romæ.

**N** Frater Robertus natione Anglus, vir scientia  
vite probitate venerandus, fit circa annum Dom-  
ni 1277. Archiepiscopus Cantuarensis, & se in

um otium commodum totum impendit, ut pa-  
torem decebat optimum est strenuum.

*Beatorum sacer conuentus 1270.*

Prater Guido Longimellus, vir conuersatione  
vitæ clarus, & verbi diuini præco insignis, dum  
prædicationi indefessè insistit in partibus transma-  
rinis, à Saracenis pro fide Christi occiditur, &  
mortem alacriter suscipit. Ad hæc etiam tempora  
quidam referunt illos 90. fratres nostros à Tartar-  
is pro Christo occisos, quorum etiam in præced-  
decade in classe beatorum memini.

**B** Anno 1270 aut circiter, frater Christianus anti-  
tes cum quatuor religiosi, quorū nomina sunt scri-  
pta in libro vitæ, pro Christo Domino fuit à Sol-  
dani Babylonix militibus trucidatus, dum illis in  
partibus euangelicum semen disseminauerant se-  
dulo & instantet.

**C** Anno Domini 1277. frater Paganus Bergomen-  
sis, qui fuit dictus frater Petrus Fidelis, hæreticorū  
celsor Cumanus, ipso festo protomartyris Stepha-  
ni gloriosi in valle Tellina, ab hereticis inuasus tru-  
cidatur pro Domino, & in conuentu nostro Cu-  
mano sepelitur. Eius autem corpus quantumuis  
per 7. iacuit inhumatum, & vulneribus confos-  
sum, multum tamen horrorem incuriebat aspiciē-  
tibus, imo tunc illa vulnera quasi recentia forent,  
omnino sanguinem fluebant.

Huius beati pagani Martyrii patres nostri in cā-  
pitulo generali congregati Mediolani anno Domini  
1278 mandarunt vniuersis fratribus ut in suis præ-  
dicationibus populo intimarent, & ut tam ipsius,  
quam aliorum miracula conscriberentur.

**D** Frater Sadoch Polonus in partibus Hungaricis vel in vicinis cum 48. fratribus nostri ordinis, de fidem Christi constanter & animosè profiterentur ab illius hostibus occisi gloriosè pro Christo vitam amittunt, circa annum 1270. & minùs veritatis manum arbitror, quòd quidam eorum passim ad annum 1230. & frater Ioannes de Cruce in Chronico, anno 1222. contigisse narrat.

**E** Per hæc tempora, vel vicina, frater Frãnciscus Tolosa postquam prædicationis munus diligensimè exercendo fidelissimum Domino prædicatorem famulatum, etiam pro illius fide viriliter contra hæreticos decertando, tandem postmodum ab illis pluribus affectus tormentis pro fide Christi percubuit, & primò quidem fuit spinis coronatus, postea sagittis confossus.

**F** Anno 1274. rutilantissimum illud ecclesiarum nostrorum ordinis, decus eximium beatus Thomas Aquino, doctrina omnigena, & sanctitate videri rabilis, debitum totius humani generis soluit, & per sentis lachrymarum valle ad cæli gaudia conueniens. Et ut quidam de illo produnt, dum ad consistorium Lateranense à summo pontifice vocatus pergeret, illi à nefario quodam venenum propinatum.

**G** Anno 1275. Barchinonæ etiam extinctum lumen aliud, & religionis præstantia & doctrinæ magnitudine satis fulgidum, scilicet frater Raimundus de Pena-forti, natione Cathalanus, patria Barchinonensis, qui fuerat tertius generalis Magister nostri ordinis. Etiam viuis miraculorum gratia clarus, obiitque ipso festo Epiphaniæ Dominice de altera eiusdem Epiphaniæ sit solemne officium illius Barchinonæ, & per illa omnia tria regna

ter Cataloniã, Valentiam, & Aragoniã, iam à tempore Pauli 3. summi Pont. hic Raimundus vir fuit sanctissimus, & etiã viuens miraculis coruscus, & quatuor adhuc viues à morte ad vitam reuocasse, & post obitum, litterarum monumentis traditum legitur. Cumque foret à confessionibus regi Aragoniæ Jacobo, eum sæpe admonuit, ut concubinã, quam tenebat, relinqueret, quòd ille se iam iam facturum pollicebatur, semper procrastinando. Demum cum Rex ex Barchinona ad Maioricensem insulam transiret, decerneret, & sanctum secum in comitium habere cuperet, & ille id facere reuocet, nisi prius concubinã abs se abdicaret, spopondit rex certissimò id facturum, cum ad insulam illam perueniret; sed promissis minimè stetit. Postquam ergo in prædictam insulam peruenerunt, & sancti regis vita in malis inueteratã considerauit, & quòd sanctis suis monitis nihil proderat, regem decreuit relinquere, & se Barchinonã cõferre, ne regis peccato inuolueretur. Id rescians rex, subpœna capitis edicto publico proclamari fecit, ne quispiã illum ex illa insula in terram firmam transueheret. Tunc vir sanctus diuino ad id spiritu ductus, & auxilio fretus. cappam suam super mare extendit, & signo Crucis præmissa illam ingreditur, & baculo quẽ gerebat scapulare suum in altum eleuat, ut loco veli deseruiret: & sic ex Maioricensi insula soluit, & mox spiritus Domini flauit opportunus, & illa quo. miliaria quibus Barchinona à Maiorica distat, absoluisse proditur, sex, aut circiter horarum spatium, & Barchinonã appulit incolumis. Nec tamen contemtere undum, quòd cum insula cœpit sanctus solere, mox ad regem accurrerunt plurimi, illius reseruentium illi referentes. Omnia clamoribus impleretur,

Perpulerunt  
& stupèdum  
miraculum.



triremes, & variis generis naues à rege mittuntur post eum, & illum reducant. Sed & regis sollicitudo & conatus, nautarum quoque omnium nauis peritia, & sedulitas in cassum fuere. Cum uero uir Dei ad litus Barchinonense applicuisset, tanta illius pallij & ceterarum vestium suarum exsiccitas, ut eas aqua minimè videretur attigisse. Ad populus qui confluerat innumerus, tanta re nouitate stupefactus. eius vestigia exseculari lagagebat. Cappæ huius tactu cum ad infirmum deferretur Barchinonæ (sit autem id frequentissimè) & etiam quadam subrufa terra quæ ex exsepulchro prodit, in portu vel in pulmento infirmis porrecta à variis indies infirmitatibus sanatur. Hunc Raimundum ordinem religiosorum Dominæ nostræ, qui vulgò dicuntur Da merce, instituisse scribit Enchiridij temporis author: Sed melius dixisset, creditur quàm ad formam reducere eos, & illis normam viuendi & leges aliquot prescripsit. Attamen, inquit ille, quòd quia Raimundus is illis & horas legendi modum prescripsit, & ritus alios ac leges eiusdem ord. D. Dominici, ideò talis ordinis institutio non ita passim illi, sed D. Iacobus Aragoniæ regi tribuitur.

**B. Adrianus**  
& 26. fratres  
cum eo pro  
Christo occi-  
duntur.

**B. Bernardus**

Frater Adrianus cum cuiusdam conuentus nostris foret præfectus, cum 26. fratribus à Turcis terram occupantibus magno spiritus robore vitam amiserat & omnes per martyrij palmam cælestia petierat. Sed neque sufficiens mercedem recipere istis beatis, an uero ille alius, cuius antea memi-

debeatur, necdum habeo satis exploratum.

**I** Plurium qui pro fide Christi occubere in regno Bohemiæ, sit aliqualis mētio in concil. quod Eugēnius quartus Ferrariæ inchoauit, & perfecit Florētiæ anno Domini 1439. & meminit huius rei Leonardus de Vrino in serm. 42. quadrages.

**K** Quendam fratrem Ioannem Hungarum hereticorum censorem fuisse in Tolosana prouincia martyrio affectum, lapidibus obrutum, & lancea confossum, & quinque alios socios cum illo etiam passos, refert in suo Chron. frater Ioannes de Cruce lib. 3. cap. 10.

**B. Ioannes**  
Hūgarus cū  
quinque sociis  
pro Christo occiduntur.

**L** In regno etiam Cathalonæ fratrem Petrum de Caderecta per sedem apostolicam factum censorem hereticorum lego pro fide Christi occisum, dum illius causam contra eos exerceret viriliter & strenue. Sed me fugit an in alia decade ille & qui præcedit, B. Ioannes cum sociis conuenientius, quam in hac, sibi vendicent loca.

**B. Petrus de**  
Caderecta.

**M** Ambiguus hæreo, num is etiam locus conueniat fratri Mauricio, qui fuit ex regum Pannoniæ stemmate ortus (Hungariam nunc dicere consueuimus.) Qui postquam per tres annos cum sua uxore æque nobilissima mansit, de communi consensu & illa ad monialium societatem transit, & hic religionis nostræ togam in ciuitate Budana suscepit. Euasit autem vitæ sanctimonia non minus, quam erat sanguine, illustris, & adhuc uiuens miraculorum gratia fulsit. Obiit apud ciuitatem Iaurensē in Hungaria, & ibi pro Diuo colitur.

**B. Mauricius**

**N** Sed neque sufficientem habeo notitiam, num is uel alter quispiam locus conueniat fratri Robaldo, quem ad religionis habitum suscepit Bononiæ pa-

**B. Robaldus.**

ter noster Dominicus, eumque Mediolanensem direxit apostolum. Qui fuit vir sanctitate vite, doctrina valdè venerandus, & miraculorum gratia potens.

Rem iocundam & narratu dignam de hoc patre Robaldo referunt, qui ordinis nostri scriptis annales, quòd scilicet dum Mediolani foret in conuentu nostro, & opinione sanctitatis habere celebris, quidam hæreticus illum irridere volens accessit & petiit ab eo, vt signo Crucis eum vellet signare, quia magnis febrium doloribus tenebatur. Porro sanctus illius simulationem persentit & illi sanio rem mentem optans, respondit, Deum maximum rogo, vt si febrium dolore premeatui misereatur: sin minùs, illas sentias. Mira res vix sermonem finierat, & qui sanctum irridebat sanus existens, & fictus, mox febres, & illarum persensit dolorem: & verè ad sanctum conueniens opus habuit pœnitentia ductus: & sic postea beatus precibus, corporis & mentis sanitatem obtinuit. Nam hæresim abiurauit, & ad ecclesiam gratium rediit.

○  
B. Henricus  
Colonienfis.

Frater Henricus Colonienfis, vir viri integerrimus, cuius fit sermo amplior in classe concionatorum huius decadis, etiam viuens miraculis coruscavit. Eum verò hîc, licet adhuc in viuis agentem collocandum duxi: quoniam quònam temporis vitam cum morte commutarit ignoro: & conuictum habeo quòd pari sanctitate, ac vixit, vitam suam clausit feliciter. Quòd autem is visus ne quadam terribili diuinitus fuerit monitus, vt religionis nostræ susciperet habitum, refert frater Iordanus sanctissimus in libro quem con-

posuit de primis principijs ordinis.

Anno 1272. Obiit Anibaldus Cardinalis ex nostro ordine assumptus, ad quem extat scriptum breuius, & quasi summarium sub titulo D. Thomæ Aquinatis super lib. quatuor sentent, & in Vrbe veteri sepelitur in conuentu nostro: & etiam Hugo de S. Charo etiam Cardinalis. Quòd autem vnus & alter habeantur pro beatis, nonnullorù relatu percepi: attamen quòd miraculis claruerint, nullibi me legisse memini.

P  
Anibaldus.

Hugo cardi-  
nalis.

Communia. 1280.

Anno 1263. fit summus Põtifex Martinus quartus, qui indulsit Generali magistro ord. vt per se, vel per priores prouintiales cù defensoribus in capitulis prouincialibus dare possint quibus id expedire iudicauerint, licentiam prædicandi, confessiones audiendi quorũcumque, &c. & quòd tales sic ab eis deputati hæc possint autoritate apostolica, districtè mandans, ne quispiam eos impediat ab horum exequutione.

A  
M. ord. perse,  
vel per prouintiales potest licentia-  
re fratres ad  
audiendum  
confessiones  
quorumcumque.

Paucis annis post elapsis concessit ordini Honorius quartus, vt pacta inita cum quibusuis personis in præiudicium iurium cõmunium, aut priuilegiarum ordini concessorum irrita forent omnino, & quauis compositiones. Concessit etiam, vt tempore interdicti etiam strictissimi possimus celebrare diuina, ianuis clausis, &c.

B  
Pacta vel cõ-  
uentiones cõ-  
tra priuilegia  
irritentur.

Anno 1288. electus fuit summus Pontifex Nicolaus quartus, qui primo anno mox statuit vt fratres quicumque à nostro ord. egressi ad alium transirent, non possent in illo curam animarum habere, nec aliquam dignitatem, seu prælaturam,

C  
Ordinem no-  
strum egressi  
non possunt  
prælaturam ali-  
quam habere.

absque speciali apostolicæ sedis licentia, quales  
iusmodi prohibitionis & litterarum fiat expre-  
mentio, & si secus fiat, declarat fore irritum  
inane.

D  
nos & omnia  
nostra exiit  
sumus pot-  
ab ordinarijs

Idem summus Pontifex Nicolaus quartus no-  
strum ordinem, ecclesias, oratoria, domos, loca  
nostra cum omnibus pertinentiis suis à cuiuscun-  
que ordinarij iurisdictione & potestate omnino  
da exemit, & eiusdem ordinis personas omnes  
Omnia hæc tam in spiritualibus, quam tempor-  
libus decernens, solo Rom. Pontif. & Romanæ ce-  
riæ subiacere. Hocidem postea Bonifacius octa-  
uus, & Benedictus, & Bonifacius nonus in for-  
ma multo ampliori, & Alexander quintus, & Six-  
tus quartus, confirmarunt.

*Apostolorum ordinis chorus præclarus. 1280*

A **H**uius decadis tempore, regnante Carolo  
Neapoli arbitror ædificari cæpit nostri ordi-  
conuentus sub inuocatione S. Petri martyris Nea-  
poli, in quo inter alias sacras reliquias est pars co-  
ronæ Domini, diligitus D. Petri Martyris: vnum  
os D. Dominici P. nostri, & aliud D. Bonauenturae.  
In illius constructione multum laborauit frater Ni-  
sil illius memoria in benedictione Domini.

B **H**uius etiam & sequentis decadis tempore cre-  
duntur in eodem regno Neapolit. constructi con-  
uentus nostri Caiet, Beneuentanus, Salernitanus,  
& hic postremus erectus fertur, quibusdam Do-  
minis de Aquinorum familia procurantibus.  
Porro quicumque ex nostro ordine apostolicum  
munus obiere in istis, in multas viuat æternitates.

*Prophetarum sedes. 1280.*

A **C**laret adhuc isto tempore in viuis agens vs-  
que ad annum 285. quo obiit, frater Ambro-  
sius de Senis, vir sanctissimus qui non solum mira-  
culorū gratia, sed prophetiæ dono ornatus à Deo,  
futurorum multorum fuit prænunciator certissi-  
mus.

*Euangelistarum sedes. 1280.*

A **D**uo viri clarissimi occurrunt hæc classe locan-  
di, quibus etiam solis illa mirum in modum  
decorabitur. Nam vt fuerunt illi eruditionis mul-  
ta & facundia, sic & concionatores optimi & di-  
sertissimi. Vni nomen est frater Stephanus Bisfun-  
tinus qui ad generalatus ord. peruenit fastigium.  
alter frater Nicolaus de Prato dicitur, qui etiam ad  
Cardinalitiam dignitatem peruenit. Ambo autem  
verbi gratia habentur præstantissimi.

*Doctorum cætus singularis. 1280.*

A **Q**uinam magis merito in hac doctorum classe  
& decade primum locum sibi vendicabunt,  
quam frater Latinus de Frangiapanis, & frater  
Nicolaus de Anapis: hi enim, vt pleraque alia eor-  
um merita subiiceam docendi munus, & dum in  
viuis agerent, & postquam ab illis excessere, scri-  
ptis suis quæ transmiserunt ad posteros, sedulo &  
fructuose admodum exercere.

B **F**rater Bartholomæus, qui & discipulus fuit D.  
Thomæ, frater Brochardus vel Burchardus Teu-  
to, & frater Andreas Gallus, cuius meminit Lyr-

nus in cap. 10. lib. 7. regum, viri sunt haud dubie  
quorum doctrinam & in docendo multos labo-  
res perpeffos humana obliuio omnium bono-  
inuida non debeat obliterare, sed omnis eorum  
posteritas multis prosequatur encomijs.

**C** Dum aliud agere velle videor, ecce obuij  
fiunt quinque viri reuerendi, vni nomen est frater  
Ioannes Parisiensis, alteri frater Ioannes Ba-  
bus Genuensis alteri, frater Bernardus de Tria-  
lia, alij frater Robertus Kamuituertim, natione  
Anglus, & frater Theodoricus de Apoldia, vni  
haud dubie omnes commendabiles; & si talium  
doctrinæ non paria consequuti fuerint, nec ab  
communicauerint pariter.

**D** Postquam ergo hi omnes & viua voce multo  
& suis scriptis nunc non pauciores erudiunt ha-  
nore illis de iure debito quis eos velit fraudan-  
eorum opera lib. 2. adnotata perlegat quisque  
attentione; & etiam nolens eos amabit, & in ma-  
ta veneratione habere perget.

*Pastorum copia veneranda. 1280.*

**A** Anno Domini 1283. obiisse scribitur apud Me-  
tem Pessulanum frater Ioannes de Vercellis  
generalis M. ordinis 6. in serie, vir religiosissimus  
& religionis nostræ instaurator maximus, quem  
tunc temporis electum fuisse in summum Pontifi-  
ficem Chronicorum aliquot nostri ordinis testi-  
monio proditur. Sed quod antequam electio  
fuisset præsentata diem clausit extremum, vel for-  
san quia iam obierat cum electus fuit, & in viua  
esse putabatur. Et ideo non mirum, quod in line-  
summorum Pontificum non fiat illius mentio vbi

Chronista. Nam præciso illius consensu, qui eli-  
gitur, non potest dici talis. nisi cum addito, scilicet,  
electus. Et sicut in Imperatorum serie non ponū-  
tur Comes Cornubię, nec Alphonsus rex Castilię,  
nec etiam Iodocus Morauię Marchio, qui Vence-  
lao priuato imperio fuit omnium electorum suf-  
fragus imperator effectus, quia illi electionibus de  
se factis ad imperium non consenserunt: Sic & de  
isto venerando patre dici posse crediderim. Qui  
electioni de se factæ in summum Pontif. (si verum  
tamen sit id quod scribitur) cōsentire non potuit.  
Non autem vllam verisimilitudinem habet, quod  
aliqui eum electum in summum Pontif. fuisse an-  
no Domini 1281. scribunt, & mortuum anno 1283.

Anno Domini 1280. ipso die resurrectionis Do-  
minicæ certior factus Ioannes de Alodius, Aure-  
lianensis canonicus, & Cancellarius Parisiensis,  
vir pius, doctus & grauis, quod summus Pontifex  
eum delegerat in Parisiensem antistitem, se ad no-  
strum conuentum Parisi situm contulit, habitū-  
que petiit & suscepit, vt sic episcopalis dignitatis  
curā subterfugeret, vixitque in ordine vitam pro-  
batissimam & inculpatam vsque ad annum Do-  
mini 1306.

**C** Huc etiam referendus est, arbitror, frater Al-  
bertus Falchembergensis, natione Teutonicus, &  
Falchembergensis Comititis filius, vir morum di-  
gnitate & grauitate compositus & ornatus: eo  
quod dum illi episcopalis dignitas offerretur, eam  
reiecit, malens secure subiici, quàm cum periculo  
imperare, iniquis, securior & lætior moriar in  
ordine ordinis frater, quàm vlla vnquam dignita-  
te insignitus.

**D** Frater Hugo Billomius (aliis est Bullionius) Aluernia Claremontensis Diœcesis, natione Galus, fit Archiepiscopus Lugdunensis, & anno 1281 à summo pontifice Cardinalium collegio ascensur sub titulo S. Sabinæ & postmodum fit cardinalis Ostiensis. Obiit Romę anno 1295. & fuit eum hereditatus in conuentu nostro S. Sabinæ. Hugo D. Antoninus 3. p. hist. cognominat de Bellincione.

**E** Anno 1283 frater Nicolaus de Anapisi ex prouincia Frantię diœcesis Remensis, vir graui sumus & vitę ac doctrinę merito venerandus, fit patriarcha Hierosolymis, & successit in illo patriarchatus fratri Thomę de Lentino, vt D. Antoninus dicit 3. p. hist. titul. 23. cap. 11. attamen frater Ioannes de Cruce in suo Chronico lib. 4. cap. 22. dicit, quod obiit anno Domini 1288.

**F** Anno Domini 1282 frater Rodericus (alij scribunt Theodoricum) natione Hispanus, vir multarum virtutum animi nitore fulgidus & notus, fit Archiepiscopus Compostellanus, & pauit quam potuit sedulo gregem Domini illi commisit. Obiit autem anno 1304. alij tamen eum episcopum factum produunt anno Domini 1288.

**G** Duos Raimundos præstolantes habeo, viros quidem non obscuros: vnus de Medullione cognominatur, alterius verò cognomen non fui cōsequutus: quorum ille anno Domini 1281. Vapincensem ecclesiam gubernadam suscipit, & postea fit Ebredunensis ecclesię Archiantistes, hic autem anno Domini 1286. Archiepiscopus Armachani consecratur, & ambo diligenter verbo & operibus Christi pascunt famelicās.

**H** Tres viros Archiepiscopali dignitate conspicuos

ingenios, sed dum minimè liquet, quānā loca eos se iure capere debeant; hic designare sit satis, vnus frater Laurentius dicitur, & est Compsanę ecclesię Archiepiscopus, alius dicitur frater Rodolphus, & est Acherontinus Archiantistes; alter verò frater Petrus Burgundus & Tuamensis ecclesię Archiepiscopus. D. Antoninus 3. p. hist. tit. 23. cap. 11. etiam refert fratrem N. de Saltarellis Florētinum, Archiepiscopo. fuisse Pisānum, & fratrem Iuardum Papiensem, patriarcham fuisse Antiochenum. Horum igitur insigniū virorum tempora quibus ad has dignitates promoti fuerunt, vel in illis claruerunt, quoniam apud nullum distincta lego, inter dum illa indistincta manere sinit.

**I** Duos viros etiam graues ad ordinem suscepisse. Florentię fratrem Ioannem d. Salerno Florentinorum Apostolum scribitur eius vita Leander, vni nomen fuit frater Morandus, alteri verò frater Conradus, & ille quidem fuit Fanensis ecclesię præsul, hic autem Pistoriensis antistes. Quis etiam an quispiam alius locus, quā hic magis commode possit capere, me præterit. Frater Seraphinus Razius Italus in suo lib. quem edidit de beatissimorum nostri ord. scribit, quod hunc fratrem Morandum suscepit ad ordinē B. P. Dominicus; & quod frater Ioannes de Salerno suscepit ad habitum fratris Conradum, qui fuit factus episcopus Fesulanus, & frater Nicolaum de Prato, qui fuit factus Cardinalis. Munsterus lib. 3. suę Cosmographi. cap. 179. scribit quēdam fratrem Petrum ord. fratrum prædicat. in Pomerania antistitem fuisse post annum Domini 1287. & hoc mortuo quod fuerunt episcopi tres alij in eadem sede, & post illos quidā

frater Vilelmus etiam ordinis fratrum praedicatorum.

*Beatorum sacer conuentus. 1280.*

**A**  
B. Albertus  
magnus.

**A**nno 1280. frater Albertus, qui ob eminentem doctrinam & multiplicem rerum omnium peritiam cognomento Magnus dici meruit, fueratque non solum nostri ord. sed Dei ecclesiae lumen in signe, post vitam sanctissimè actam depositis omnibus onere ad conuiuium supernum inuitatus, migravit à saeculo, & bonorum operum thesaurum maximo comitatus, & miraculorum gratia consecutus. Obiit Coloniae. Eius corpus sacrum postea per ducentos annos iacuerat sub terra, mandatum summi pontificis Sixti 4. fuit inde translatum ad altarium chori conuentus nostri Coloniaensis, inter quodammodo reperitum & ita ibi inuisitum, & multa ibi veneranda ne colitur. Illius fit solemne officium & in Romanensi ecclesia, cuius fuit aliquando pastor, & in prouincia Teutoniarum. Quod autem non sine diuos relatus, mirantur non pauci, nec parum.

**B**

Anno 1285. obiit vir sanctissimus frater Ambrosius de Senis, quae ad ordinem suscepit beatus noster Dominicus, & fuit ille nobili Sanelesiorum ortus familia, qui etiam est populi Senensis vnus ex praecipuis patronis, eumque aliquando grauissimis & multis eripuit malis. Etiam viuens claruit miraculis. Sepultus est Senis in conuentu nostro S. Dominici de Monte-Regio, & eius memoria, vel festum celebratur multa cum pompa feria 6. Dominice in passione Domini, ad officium tunc accurrente senatu cum vniuerso populo, in illius honorem à seruilis opere omnis feria popul

populus. In missarum quoque solennis annis singulis pretiosum pallium effertur seu tapetum byssinum ad instar illius quo venerabile Christi corpus in processionibus solennibus tectum deferri consuevit. In domo autem ciuica Senensi habentur depictae imagines eorum omnium sanctorum quos illa ciuitas habet patronos singulares, & inter alias etiam est huius B. Ambrosij imago cum sententia sequente,

*Diuus Ambrosius Sancedonius hic est.*

*Huius iam patriae qui fuit vna salus.*

*Gregorium siquidem papam dicauit amicum.*

*Eloquio senae fecit et ipse suo.*

De isto sancto scribitur, quod cum in Germania concionaretur (fuit autem ille excellens euangelizans) spiritus sanctus in specie columbae visus est illi assistere, alius vero vicibus in splendoris specie, dum pro concilianda pace inter Florentinos & Senenses laboraret & verba faceret.

*Laboratum est interdum, ut inter diuos referretur, sed quae nostra solet esse in rebus cunctis decus ordinis concernentibus negligentia & socordia, minus quam fuerat necessarium. Non tamè desunt qui scribunt, quod cum à bonifacio sollicitaretur, ut eum inter diuos referret, id facere negauit, propterea quod illius maiores fuerant factionis Gibellinae, quam summus pontifex ille nimium habebat exosam.*

Anno Domini 1286. obiit Mediolani frater Argonius, vir Deo deuotissimus, & magnae sanctitatis vitae opinione celebris, quem non solum sua bona opera subsequuta sunt, ut eorum remunerationem reciperet; sed etiam plura miracula quae illius meritis & intercessione dignatus est Domi-

**C**

nus operari. Alij cum obiisse scribunt anno Domini 1288.

D

B. Robertus.

Quendam fratrem Robertum de Saxonia per hæc tempora claruisse, qui ante religionis ingressum aliquanto tempore Frederico imperatore inseruierat, magno habitus in pretio in aula. Sed mari hoc magno relicto, tranquillum peritum abiit, & religionis nostræ habitum suscipiens in conuentu nostro Mandeburgensi, & vitam sanctissimam, quam Dominus in vita eius & post mortem multis miraculis patris commōstrauit. Quod quædam contigerint in tempore quo huius morietium vitam viuere desiit, quæ illius felicitatem cōmonstrare videtur, scribit F. Seraphinus Ratis Italus in suo libro quæ edidit de beatis nostrorum

Communia. 1290.

A

Anno Domini 1291. Nicolaus quartus summus pontifex Hugoni & Latino Cardinalibus, ex nostro ordine assumptis, mandauit, ut patribus nostris ord. tunc in vnum congregatis in generali capitulo scriberent, quatenus Generali M. ord. fratrum Missionem inducerent, ut Generalatui cederet, quod si nolleret, licet inuitus, absolueretur. Id mox ut capitulo innotuit, magna fuit exorta turbatio, & moti de transitu ad religiones alias faciendo cogitabant. Huic autem scandalo obuiare volentes patres quibus prænominati Cardinales illius abolitionem commiserant, id attentare non fuerunt ausi. Sed summus pontifex eum à generalatu mortuus soluit, & postea fuit factus Valentiniæ ecclesiæ papa, sed etiã ab illo præfulatu fuit per summum pontifex absolutus. D. Antoninus. 3. p. histor. titu. 23. cap.

B

Anno 1297. aut circiter, Bonifacius 8. summus

pontifex declarauit, & indulgit ordini, ut in punitioibus fratrum nostrorum delinquentium, prælati non tenerentur sequi apices iuris, sed quod his postpositis liberè procedere possent secundum consuetudines approbatas & generalia statuta ordinis, nec fratres ab eisdem correctionibus appellare possent, prouida in hoc deliberatione & maturitate debita obseruatis.

Anno 1297. Cùm summus pontifex Bonifacius 8. in dix cinerum de more cineres imponeret, dicebat singulis. Memêto quod homo quia cinis es, &c. accessit etiã, ut illos reciperet frater Iacobus de Voragine, episcopus Genuensis. Cui summus pontifex prædictis verbis in alia cōmunitate dixit. Memêto quod homo, quod Gibelinus es, & cū tuis Gibelinis nihilum redigeris, & cineres non illius capiti, ut alijs, imposuit, sed in eius oculis coniecit. Vnde paulo post eum episcopatu priuauit, sed postea illi eum restituit; tantus erat ille Gibellinæ factionis hominum osor Blondus lib. 9. decad. 2.

Anno 1296. Argentinæ fuit electus Generalis M. ord. frater Nicolaus Taruissinus, qui tunc temporis erat prouinciæ Lombardiæ moderator, de quo cōmemoratur, quod 12. annos ætatis agens ordinem intrauit, 14. sequentes insumpsit in re literaria discenda; alios 14. docendo, & alios 14. diuersas prælaturas in ordine obeundo.

Apostolorum ord. chorvs præclarus. 1299.

Circa annum 1295. Premislaus rex Poloniæ cōnobium pro sanctimonialibus nostri ord. Pomaniæ construxit, hac in re operam nauante singulariter & Apostolico dignam viro frater N. Chroni-  
lib. 1. de rebus Polon.

Fratres nostri appellare non possunt de correctionibus.

Qualibus verbis, Bonifacius cinere imponende vitur.

A

D

C

*Euangelistarum nobilis caterua. 1290.*

**A** Frater Ioannes Parisiensis diuini verbi præ con-  
frabilis & graciosus, famosus habetur. Neque  
absimilis est frater Ioannes Fibritoris, sacre Theo-  
logiæ magister, vir & doctrina non ignobilis, &  
in concionibus non triuialis.

**B** Frater Nicolaus Gorranus, natione Gallus, frater  
Armandus de Bellouisu, & frater Guido de Co-  
nodro, viri omnes litteratura non obscuri, &  
Dei verbo proponendo clari habentur.

*Doctorem carus spectabilis. 1290.*

**A** Hæc etiam nos ascire oportet in doctorum cla-  
sse, quos iam iam in euangelistarum ordine  
cauimus & eis socij adiungantur. Fr. Ioannes Pun-  
gens Casinum, & alter de Maliaco dictus, alter de  
Tortocollo, alius Brouardus; omnes enim vi-  
graues fuerunt & eruditi, & viua voce olim, &  
suis scriptis nunc erudiunt plurimos.

**B** Quaternarius vnus conficitur virorum eruditi-  
onis non contenedæ, quibus est idem nomen co-  
mune, scilicet Petrus. Sed vnus de Palude cogno-  
minatur Barchinonensis, alter, alius de Raifa, Bon-  
clerius verò alter, qui omnes multa perpeffi sunt  
multosque cūlere labores in erudiendo alios, &  
suorum ingeniorum monumenta reliquere, quæ  
lib. 2. recēseo opera in posteritatis gratiā cōscrip-  
ta.

**C** Facta spectatissimi quinque viri & hæc etiam  
valde celebres in vnum coniuncti huc properant  
vt suas sedes accipiant, qui & doctrina singulari  
merito, & multis alijs nominibus plurimum ob-  
seruandi sunt, vnus eorum frater Nicolaus Tr-

uisinu, & frater Stephanus Sifuntinus, qui ambo  
moderatores nostri ordinis esse pmeruere, frater  
Nicolaus de Hancinis, frater Albertus Brixienfis,  
& frater Armandus de Bellouisu.

Quatuor viri non ignobiliter docti iam præ fo-  
ribus altant, quibus est vnum nomen commune,  
scilicet Bernardus, & vnus illorum Claremonta-  
nus, cognominatur, alius Guidonis, alter Arnoldi,  
& hic est patria Tolosanus, alter verò Lomba-  
rdus, & horum etiam Comites sunt frater Bartho-  
lomæus Hispanus, & frater Bertrandus de Trillia.  
Omnes docendi munus subiere multo tempore,  
& magna cum auditorum fruge.

Aliquorū cuneus non parum speciosus apparet,  
in quo Oliuerius Brito, & frater Richardus Florā-  
tinus (alius est Richoldus), & frater Richardus Stra-  
uanellius, frater Robertus Orphodius, frater Ro-  
manus de Vicentia, frater Stephanus de Salana-  
cho, & frater Stephanus de Vico-mercator, &  
frater Thomas Opernam vel Sperman, & quidem  
tantæ est ille virtutis, vt etiam tenebræ intellectua-  
les densissimæ illi obsistere nequeant.

Auctiorem verò conficiunt numerum, & ma-  
ioris roboris aciem, qui huius decadis tēpore do-  
ctorum classẽ illustrant, tres scilicet Teutonici,  
quibus est vna & eadem nomenclatura commu-  
nis, Conrardus nempe, & vnus eorum Halbersta-  
densis dicitur, tres etiam Guillermi, quorum vnus  
de Tornaco, alius Cerdonensis, & alter co-  
gnominatur, tres etiam Iacobi, vnus de Voragine  
nuncupatus, alter de Meuania, alius de Cezolis;  
quibus si frater Hugo Aluernensis, & frater Go-



rardus de Sileto iungantur, vndenarius confusus clarissimus.

*Pastorum caterua insignis.*

1290.

**A** Circa annum 1290. Fr. Bernardus de Hancinis vir nobiliter doctus, & morū grauitate splendidus, claruit in patriarchatu Hierosolymitano in eadē sede (quorundā sentētia) successit F. Nicolaus de Hancinis, nisi forsan vnus & idem sit, & errore (vt accidere solet in similibus) quem quidam Bernardum dixere, alij Nicolaum scripserint.

**B** Anno 1292. Fr. Iacobus de Voragine fit Archiepiscopus Genuensis, qui fuit prædicator insignis & à profunditate scientiæ qua pollebat (si Terentio creditur) de Voragine dictus. Alij tamen eum de Viragine dictum astruunt, à loco qui est in territorio Genuensi. Fuit autem ille pastor optimus & in suo munere obeundo non minùs diligens quàm diligentissimus.

**C** Circa annum 1294. frater Ioannes de Poloc Archiantistes Pisanus, & in Hibernia circa annum 1298. frater Guillelmus de Odone Anglus, fit Archiepiscopus Dubliniēsis: ambo fuerunt viri multa commendatione dignissimi.

**D** Circa annum 1291. frater Munio, natione Hispanus, Generalis M. ord. ad Archiepiscopatum Compostellanum deligitur. Sed dum illum accipere renuit, sufficitur illi Rodericus Godifalvus Legionensis. Qui fuit genere nobilis & moribus optimis adornatus, & postquàm prouinciæ Hispaniæ moderator fuerat, & regni Castellæ Castellarius maior, vt ex sui sepulchri epitaphio habetur, fuerat etiam à sacris confessionibus regi Castellæ Alphonso decimo, qui dictus fuit Sapiens.

Huius etiam decadis frater Landulphus factus videtur Antistes Vicianus (ciuitas est in regno Apuliæ) & postmodū procurate Carolo Siciliæ rege, fuit à Clemente 5. factus Archiantistes Materanus, circa annum Domini 1307 & semper quæ pastoris optimi erant munia, sedulò adimpleuit.

**F** Frater Rostangus (aliis est Rostaganus) Cando. Janus ex Narbonensi Gallia, fuit ad episcopalem sedem Sidoniensem assumptus, & postmodum à Clemente 5. ad Archiepiscopatum Neupotensem in Achaia in prouincia Græciæ translatus, & verbo vitæ, exhortationibus, consiliis, & aliis gregem Domini pavi diligentissimè.

**G** Circa annum Domini 1293. frater Petrus Marilarius Auinionensis, procurate Carolo Siciliæ rege ecclesiæ Vencensi præficitur: & frater Guillelmus de Monte-Cathano, Vrgellensis fit ecclesiæ præsul, & quoniam bene conscij sunt, quòd de eorum manibus suarum ouium sanguinem requiret Dominus, totos se in earum cura impendunt.

**H** Eodem tempore frater Raimundus de Medullione fit Vapicensis ecclesiæ antistes, & inde fuit postea translatus, vt esset Ebredunensis ecclesiæ Archiepiscopus, & vixit vsque ad annum 1294. & frater Petrus Polonus fit Caminensis episcopus, (ciuitas est in Polonia) & vixit vsque ad annum 1298. fuerunt autem illi magni nominis antistites.

**I** Nec rationi consonum est, vt fratrem Gentilem Romanum, & F. Bonifacium à Louanio prætereamus, quia præsules fuerunt dignissimi, & immortalis memoria digni, & ille quidem circa annū Domini 1296. fuit factus Charthaginensis episcopus, & vixit vsque ad annum 1303. hic autē Romanēsis

Archiepiscopus, & obiit anno 1295. teste frater Ioanne de Cruce in suo Cron. lib. 4. cap. 23. Alij men primùm factum Episcopum scribunt Cathanensis ecclesiæ in regno Siciliae.

**K** Circa annum 1292 claruit frater Bernardus Comontensis ecclesiæ præsul, & anno 1296. Frater **D**ulphus, natione Burgundus, patriarcha Hierosolymitanus, in quo vixit vsque ad annum 1296. & quorum uis pastorum etiam selectorum possunt esse forma singularis in pastoralis muneris functione.

**L** Huius decadis tempore claret vsque ad annum 1295. quo obiisse fertur Frater Raimundus ex nobili familia quæ de Summa ripa dicitur, ortus, Laudensis ecclesiæ præsul, cum optimis quibusuis meritis cõferendus: in eius sepulcro scriptum legitur, O mihi nobilis familia de Summa ripa dedit, more sancti Dominici ordo, infulam Laudensis ciuitatis.

**M** Ad hanc, vel (vt alij putant) ad aliquam decadem ex sequentibus pertinet frater Durandus de Saxeto Portiano, vir sanè quæ ob ingenij & eruditionis præstantiã, & in tradendo doctrinam methodicè ac cillimã multis possensus encomiis efferre. Hic ex Magistro sacri Palatij fuit factus primò Medensis ecclesiæ præsul, postea verò Aniciensis.

**N** Frater Nicolaus Teruifinus à patria cognominatus, & à familia Bocasinus, dum foret generalis Modonensis ordinis, à Bonifacio 8. fuit circa annum Domini 1295. ad Cardinalatus apicem euectus, tanto honore proculdubio, & maiori dignissimus, ob innumeras animi dotes easque singulares, quibus à Domino meruit decorari.

**O** Fr. Munio Hispanus, postquã fuit à Generali per summum pont. absolutus, datus fuit placetum

ecclesiæ pastor, & frater Guilelmus, natione Angelus, sit Dublinensis ecclesiæ Archiepiscopus in Hibernia, cum fuisset Romam ab Eduardo, Angliæ rege, ad ardua patranda negotia directus. Et ille quidem Munio à Bonifacio 8. fuit postmodum episcopatu priuatus, hic autem boni pastoris officio non defuit.

Conquerentur forsitan, quòd eos obliuioni tradidisse videar, frater Petrus Boncherius, Tinenis ecclesiæ episcopus, & frater Bernardus Guidonis Lemouicensis episcopus, quoniã cum ille circa annum 1292. hic verò circa annum 1296. in suis sedibus claruerint, innumeros tolerando labores in suarum ouium cura, illos tandiu postponendos reseruauerim.

Frater Ioannes Iordanes de Roma, & frater Nicolaus de Prato, ambo concionatores excellentes, & tum eruditi. tum etiam in rebus peragendis valde industrij, ad episcopales sublimantur honores: & ille sit primò Papiensis ecclesiæ præsul, & postmodum Bononiensem regendam suscepit, & hic Spoletanæ datur ecclesiæ sponsus, & mox mittitur à summo pont. legatus ad reges Angliæ & Franciæ.

Frater Nicolaus Salmantinus iam iam mustitare videtur, quòd cum sit Salmanticensis ecclesiæ pastor, & vir grauitate morum ornatus, & in suis pacendis ouibus non mediocriter inuigilet, in postremum locum fuerit à nobis reseruatus.

Frater Ioannes Scandelandus, natione Teuro, hæreticorum infestissimus hostis, cum foret illorum censor, factus fuit episcopus Hildeheimensis & Wormacensis, & postea legatus

ad negotia ardua Apostolicæ sedis. Et vt fuit  
quæuis negotia industrius, ita in illis exequendis  
diligentissimus. Attamen vtrum hic locus cum con-  
uenienter capiat, incertum habeo.

T

Frater Petrus de Birreto, & frater Dominicus  
frater Thomas à Rnglcide natione Anglus, om-  
nes tres tanquam à suis sedibus exules, præstola-  
tur in prædictorum societatem admitti: & primo  
quòd sit Mirapicësis Antistes, sufficientibus enim  
testimoniis probant. Sed eos tantisper hîc manere  
re sinamus, quousque quænam illis debeantur  
loca, constiterit.

*Beatorum sacer conuentus 1290.*

A

*B. Latinus de  
Frâgiapanis.*

Anno Domini 1294. humanis rebus ex-  
aptum scribunt aliqui F. Latinum de Fra-  
giapanis, quem vitæ fuisse probatissimæ, & mira-  
culorum gratia coruscum scribit D. Antonius  
3. p. hist. tit. 23. cap. 11. & requiescit Romæ in con-  
uentu nostro S. Mariæ super Mineruam.

B

*Nicolaus, &  
Thomazell.*

Nonnullorum grauium patrum relatu didici  
quòd in conuentu nostro Perusino in prouincia  
Romana duo fuerunt religiosi, quorum vnus fuit  
dictus frater Nicolaus, alter verò frater Thoma-  
zellus, & quòd ambo fuerunt viri multæ sanctita-  
tis & miraculis clari. Sed nec noui, an hæc illis co-  
perat sedes, neque huius rei maiorem sum con-  
quutus notitiam, quàm ex aliorum relatu.

C

*B. Gualterus.  
B. Conrardus.*

Inter viros præclaros ord. quibus hæc nomi-  
fuerunt communia, lego in Teutonia fuisse fra-  
trem quendam Galterum quartum huius nomi-  
nis, & fratrem Conrardum etiam quartum huius  
nominis, Constantiensis nostri conuentus ord.

priorem, & quendam fratrem Guilelmum, om-  
nes viros vitæ sanctimonia, & miraculorum gra-  
tia præstantes.

B. Guilelmus

Fuit etiam in Anglia quidam frater Bricius, vir  
vite integerrimæ, & omnium virtutum genere or-  
natissimus, qui etiam miraculis fulsit. De illius se-  
pulchro oleum frequenter emanasse in multarum  
hominum infirmitatum remedium, literarum  
monimentis proditum lego. Enchiridij temporū  
author frater Alphonsus Venerus Hispanus re-  
fert, quod in primo centenariio nostri ordinis fue-  
runt quatuor viri sanctimonia vitæ, & miraculo-  
rū gratia insignes, frater Pelagius, Anselmus, Ægi-  
dius, & Michaël: neque aliquid addit vnde eorum  
amplior haberi possit notitia.

D  
B. Bricius.

Communia

1300.

Anno Domini 1303. electus fuit Sūmus Pont.  
A ex Cardinali frater Nicolaus Teruisinus, &  
Benedictus 11. vocatus, ex ord. prædicatorum as-  
sumptus. Qui mox 1. anno concessit visitantibus  
nostras ecclesias in festiuitatibus B. Dominici pa-  
tris nostri, & sanctorum ord. & per octauas, vnū  
annum de indulgentiis, & 40. dies de iniunctis  
pœnitentiis.

A

*Sūmus Pont.  
indulgentias  
concedit visi-  
tantibus ec-  
clesias no-  
stras in festi-  
uitatibus  
sanctorum  
ord.*

Concessit etiam, vt fratres electi ab ordine ad  
prædicandum, & ad confessionum audientiam  
hæc exequi valeant absque vlla diocesanorum li-  
cëntia, & possint audire quosuis qui illis sua pec-  
cata confiteri voluerint: & quòd si contra hoc vlla  
fulmineretur excommunicatio, sit irrita & inanis.  
Nec illa eadem peccata illi teneantur confiteri

B

*Concedit Sū-  
mus Pont. vt  
de prælatorū  
ordinis licē-  
tia sola fra-  
tres nostri  
quorumuis  
confessiones  
possint audi-  
re.*

parochis, quinimò si ab illis petant sacram  
xim. teneantur parochi eam illis donare, & cre  
re dicentibus, quòd sunt nobis confessi, &c.

**C** Mandat tamen summus Pont. in prædicatione  
teris, vt priores prouinciales per se, vel per al  
verbo, vel scripto significant diœcesanis, quòd  
huiusmodi munus audiendi confessiones ele  
runt fratres aliquot, qui autoritate apostolica  
munus exequantur: non tamen eos nominant  
nec, &c. Et petant ab eis, vt iidem fratres de  
beneplacito & licentia in eorum diœcesibus  
possint exequi, &c. Ordinatur tamen summus Pon  
tifex, vt iidem fratres sic electi non possint ab  
uere, nisi ab illis, à quibus parochiales sacerdot  
absoluere possunt. Et mādatur, quòd non introm  
tant se de absoluendo pœnitentes à casibus reser  
uatis episcopis, aut superioribus, &c.

**D** Idem summus Pont. Benedictus II. constituit  
defunctorum corpora, qui dum uiuerent elegit  
apud nos sepeliri, possimus processionaliter  
quæsitum cum Cruce, &c. & ad ecclesias nostras  
deferre cantando, vel Psalmos legendo: & qui  
canonicam portionem, vel episcopalem quartam  
minimè teneamur soluere ex his quæ nobis  
gantur, sed solum funeralium medietatem, id  
eorum quæ cum corpore deferuntur, & huius  
nomine non intelliguntur candelæ quas in man  
bus fratres deferunt.

**E** Anno 1300. electus fuit in generalem totius  
ord. nostri Magistrum frater Clauarus Genuensis  
sacræ Theologiæ Baccalaureus Parisiensis. Quo  
mox per tres menses ordinis conuentus aliquos  
visitare cœpit, pedibus iter conficiendo, à carnibus

emper abstinens, & tunc obiit. Illiusquæ erat fas  
tiliaris sententia. Mementote fratres, quomodo  
solui facti sunt patres nostri.

*Apostolorum ord. nostri chorus præclarus 1300.*

**P**er hæc tempora clarissimi nominis fuit frater  
Nicolaus De Prato, Spoletanus episcopus, à  
Benedicto II. Cardinalium a scriptus collegio. Is  
autem conuentum nostrum Auinionensem, vel  
saltem pro magna parte, & Pratensem, & alium  
ibidem pro monialibus sub tit. S. Nicolai constru  
nisse fertur. Eum ergo non solum in pastorū classe,  
& in aliis clarissimum virum agnoscamus & ve  
neremur, sed etiam nostri ordinis præclarum Apō  
stolum.

**Q**uidni etiam eidem collegio aggregabitur frater  
Volfangus natione Germanus, qui Bamber  
genis ecclesiæ factus præsul, iam iam duo nostri  
ordinis monasteria condidit, in eadē ciuitate, viro  
rum vnum, pro monialibus verò alterum?

**P**er hæc etiam tempora in confinio regni Nea  
politani in prouinciâ Aprotina erecti fuere nostri  
ord. conuentus aliquot modico temporis interual  
lo intermedio inter vnus conuentus ædificatio  
nem & alterius, vt in Castello de Sanguo conuen  
tus sub titulo Annuniate, Conuentus etiam Ce  
ramanicensis sub titulo B. Thomæ de Aquino, &  
Troppido del Guasto alius. Et omnes tres à nobis  
illimæ Aquinorum familiæ aliquot dominis fun  
datis fuisse dicuntur, & ex nostro ordine hac in par  
te strenuam nauarunt operam & apostolico mu  
nere functi sunt frater N. & F. N. quorum memo

Nota dili  
genter.

ria sit in benedictione Domini.

**D** Anno 1300. in regno Siciliae in ciuitate Pa-  
mitana ædificatum fuit Monasterium S. Carth-  
næ pro monialibus nostri ord. à Magistro de  
ma & Beneuenera eius filia, vt author est fr  
Thomas Fazellus, lib. 8. de rebus Siculis decal-  
ea in re apostolicum munus diligenter exerce-  
fratre Nicolao.

*Doctorem cætus singularis 1300.*

**A** Ad conficiendum hanc doctorum classem  
glia illū suum doctorem celebrem offerre  
trem Thomam Anglicum, cuius à nonnullis  
duntur esse aliquot opuscula, quæ sub nostro  
ctoris Angelici circumferuntur nomine & e-  
dem Thomam Anglicum comitatur frater Gu-  
terus VVinterbonensis nuncupatus, ambo  
viri sua tempestate præcipui nominis, & qui  
meritò primi accubitus hîc debuerunt concedi.

**B** Ternarius vnus emergit, eorum qui etiam  
paucorum in se oculos conuertunt, scilicet frater  
Nicolaj Gorrani natione Galli, frater Rainert  
fani, & frater Guilelmi Masseberch, qui viri  
bio procul sunt quos nec eruditissimi quique spe-  
nere poterunt? quinimo eorum docta conu-  
tione delectabuntur non modicum quia in  
cendi munere strenuam operam nauarunt.

**C** Frater Ioannes Teutonicus lector Friburg-  
sis cum fratre Angelo Nigri Viterbiensi associ-  
iam prodit. Suntque illis à tergo frater Barnardus  
de Castris S. Vincentij, & frater Guido de Gen-  
dro. Qui etsi forsân minùs noti videantur ali-

bus, tamen eorum eruditio eos satis commenda-  
biles reddit omnibus, præcipuè qui eorum opera  
quæ scriptis mandarunt, lectitare voluerint.

*Pastorum veneranda cæterna 1300.*

**A** Nno 1303 electus fuit in summum Pontifi-  
cem Cardinalis Teruisinus, vel Bocasinus, ex  
nostro ordine assumptus, & vocatus fuit Benedi-  
ctus. quo capite Dei ecclesia multùm lætatur.  
Sed mors inuidia virum ita sanctitate insignem  
ecclesie Dei & nostro ordini inuidens, eum præ-  
maturè nobis abstulit, postquam scilicet per octa  
aut circiter menses solùm federat. Obiit Perusij  
anno 1304. Nonis Iulij, maximum sui cunctis re-  
linquens desiderium, & ibi sepultus fuit in con-  
uentu nostro, in loco humili prout ipse fieri man-  
darat.

**B** Idem summus Pont. mox Cardinalem creauit  
fratrem Guilelmum Anglicum, cum eum adhuc  
crederet in viuis agere sub titulo S. Sabinæ. Sed  
obierat ille iam à mensibus quatuor, aut circiter,  
in Anglia.

**C** Frater Nicolaus de Prato, episcopus Spolera-  
nus, à Benedicto 11. Cardinalis Ostiensis creatur,  
& tunc Florétiam mittitur legatus ad componen-  
dum tumultus aliquot ibi exortos. Et post 19. an-  
nos in Cardinalatu actos obiit Auinioni, cum ibi  
Romana curia foret, anno 1321. & sepultus est apud  
Prædicatores.

**D** Hic pater Reuerendissimus Cardinalis existens,  
fuit ab Auinione missus Romam à summo Põnifi-  
ce Clemente 5. vt Henricum regem Romanorum

imperiali dignitate cohonestaret, quod & Robertum quoque Caroli filium cum sua sorte reges Sicilia coronauit. Ipsum quoque mentem s. suminum Pont. & Ioannem 22. Ostiensis erat episcopus consecrauit.

**D** Eodem anno 1303. Benedictus 11. frater Germanorum natione Anglum, qui erat regi Anglia à sacris confessionibus, sub titulo S. Sabinae Cardinali creati. Ille ergo audita sua promotione, Anglia relicta se in Italiam contulit, & Perusium inuenit Benedictum 11. & electioni nouæ interfuit Clementis 5. anno 1304. sequenti anno ipse etiam uiuis excedens, sepultus fuit Genuæ in conuentu nostro.

**E** Anno 1305. frater Nicolaus Farinula Gallus natione, patria Rothomagensis, confessorius Philippi regis Francie, creatur à Clemente 5. Cardinalis titulo S. Eusebij. Qui fuit vir eximij nominis, quàm plurimis animi dotibus decoratus. uixit usque ad annum 1327. & requiescit Lugduni.

**F** Eodem anno ad Cardinalatus dignitatem oblimauit summus Pontifex fratrem Thomam Anglicum, quem D. Antoninus Theobaldum uocat. Qui fuit vir grauissimus & erat tunc regi Anglia à sacris confessionibus. Hic in nostro ordine seruauit habuisse sex germanos carnales, omnes viros integritate uitæ & scientia claros. Obiit dum interiturus legatus ad Henricum 7. Imperatorem, anno Domini 1317.

**G** Anno Domini 1306. aut circiter, frater Gualterus, alius est VValterus (natione Anglus, & praenominati fratris Thomæ Anglici germanus carnalis, uir & grauitate morum, & doctrina insignis)

à Clemente 5. Archiepiscopus Armachanus, Hiberniæ primas, & suum munus pastorale perquam diligenter adimplet.

Anno 1307. frater Diterius, Rodulphi Alemannorum regis Germanus, fit Treuerensis Archiepiscopus. Vir fuit uti sanguine regio ortus, sic etiam uirtutum animi splendore excellens, & in Christi uouibus pascendis uigilans.

Frater Petrus de Palude, uir & uitæ inculpatæ, & eminentis doctrinæ, fit patriarcha Hierosolymitanus, & successit in illa sede fratri Rodulpho, ut testatur D. Antoninus 3. p. hist. tit. 23. cap. 11. & quidem nonnulli eum ad hæc, quinimò ad præcedentem decadem pastorum referunt: quorum ego pro parte sententiam sequutus. eius hic meminimus. Attamen Barchinonæ, in prouincia Aragoniæ librum quandam peruetustum manu scriptum nactus, legi in illo hunc bonum patrem Parisiis ad gradum licentiatus fuisse promotum anno Domini 1313. idèd hinc eum ad sequentem decadem pastorum mouendum fore putarem.

Frater Iuo Gallus, & frater Vulfrannus (aliis est Vulterranus) natione Picardus, uiri multum uenerandi, ambo fiunt antistites, & ille ad urbis Nazareth præfulatum promouetur, hic uero fit Bethlehemiticus præful. & ut iste paruulis panem uitæ petentibus frangit, eosque uerbo uitæ pastos ad pascua æterna introducendo adaptat: sic & ille sui muneris partes diligenter adimplet.

Anno 1301. frater Petrus de Alamannonæ, fit episcopus Cistoricensis, & postquæ per tres annos Christi oues pascit, hanc uitam uiuere desinit, & ad Christum vadit, ab illo pascendus & ipse

ob egregiam quam nauauerat operam in Christi pascendo.

**M** Frater Chambertus Bononiensis ex nobilibus illius Primatitorū familia ortus, fit episcopus Castellanus ( Venetiis scilicet : sic enim tunc electus fuit episcopatus ille, à loco in quo sita Cathedralis erat ecclesia. Necdum enim erat Patriarchalis sedes erecta ) Vir fuit ille & in doctrina, & vita, & in regimine pastorali magnificendus.

**N** Anno 1303. aut circiter, & frater Guido Vicentinus, Ferrariēsi ecclesie præficitur, & frater Iacobus Mantuanis pastor donatur, & frater Angulimus Hungarus episcopatum Zazabriensem suscipit, gendum in regno Hungariæ, & inde fuit postmodum ad Nucerinam sedem trāslatus. Omnes tamen fuerūt viri spectabiles fama, & pastores vigiles, & hic tertius miraculis etiam coruscavit, vt in Chron. inquit frater Ioannes de Cruce.

Frater VVolfangus Stubenbergius Teuto, vt multa obseruantia dignus, fit à Clemente 5. anno Domini 1305. Bōbergenis ecclesie præsul. & taliter munus pastoris exequitur, & episcopalis dignitatem statū seruat, vt tamē sue religionis amorem non mittat. Nam duo nostri ord. monasteria in eadem ciuitate cōstruxit. Obiit autem anno Domini 1306.

**P** Frater Garinus, natione Gallus, patria Cæciliensis manens, fit circa annum Domini 1306. Saonenis ecclesie præsul, & frater Arnoldus Fraderius Bergalensis, anno Domini 1309. fit episcopus Cæseranensis, quæ sedes sancti Licerij appellatur. Frater Ioannes Seruandi in regno Gallicie fit episcopus Huganus, anno Domini 1307. in quibus

nullus quæ ad boni pastoris functionem legitimam faciunt, poterit desiderare.

Frater Iacobus de Osana, vir multis meritis clarus, fit episcopus Osananus, & illi ecclesie præfuisse dicitur multa cū laude, super gregem illi creditum nocte dieque inuigilans. Cui dum socium quæro, occurrit frater Theodoricus, Borgonius cognominatus, natione Etruscus, patria Lucēsis, episcopus Ceruensis. quam ecclesiam per 42. annos Laudabiliter rexisse fertur, sed num in hac decade, vel aliqua alia ei debeat locus, non habeo compertum.

*Beatorum candidus carus 1300.*

**A** Nno 1301. migravit ad Dominum Fr. Iacobus de Meuania ( ciuitas est Etruciæ, vel aliis Umbriæ ) vir sanctitate conspicuus, & miraculorū gratia etiam adhuc viuens mirabilis. Hic fuit de nobilibus Blanchorum prosapia ortus, & eius natiuitatem multa signa præcesserunt, quasi prænuntia quid per eum foret Dominus operaturus. Nam in eius ortu tres lunæ imaginem vnus religiosi nostri ord. præseferentes visæ fuerunt, puer etiam quidam ciuitatem tunc obambulans seu percurrens, sæpe sæpius repetendo clamabat, Ad scholas, ad scholas. Cumque requisitus fuisset, quid hoc prætenderet, respondit, Nati sunt Magistri quos mundus quærar audire. Nec fuit falsus vates. Nam nati fuerant tunc temporis tres qui fuerunt nostri ordinis viri vitæ sanctitate celebratissimi, & doctrina etiam clari, scilicet Thomas de Aquino, & Ambrosius de Senis, cuius mentionem feci inter beatos anni 1280. & hic Iacobus à Me-

**A**  
B. Iacobus à  
Meuania.

uania. Qui ordinem nostrum ingressus & profectus, insignis vestigiorum D. Dominici nostri sectator euasit, & miraculis adhuc uincit, & multa alia patrauit miranda. Semel etiam ante imaginem Crucifixi orans certior factus à Domino, quòd esset de numero saluatorum. Et tandem carnis ergastulo depositus anno prædicto, die 15. Augusti, quòd ardentem concupierat obtinuit. Pro diuo colitur ibidem & habetur singularis patronus, præsertim pro Herniosis, qui eius opem implorant deuotè.

*Pro illius Canonizatione laboratur à nostris patribus: dabit Dominus, ut ad ipsius gloriam suæ s. ecclesiæ, & nostri ord. splendorem, & profectum omnium, res ad optatum perducatur effectum.*

**B** Anno 1304. moritur Benedictus 11. summus Pont. ex prædicatorum familia assumptus, quia Minoribus agens, vocabatur frater Nicolaus de Teruisio, vel Bocasinus, vir sanctissimis moribus præditus, & conuersatione Angelicus, qui & uiuens fuit multorum miraculorum patrator insignis. Illud autem silendum non est, quòd de eo proditur, quòd est singulare profundæ admodum humilitatis exemplum. Postquam in terris Christi vicarij sedem conscendit, cum inuisere uolens quædam de illius prosapia, vel (ut alij scribunt) propria illius mater, quæ sua uoluntate eorum qui terra na sapiunt, vilibus uelamentis abiectis, quibus uti consueuerat, pretiosa accepit & induit, & sic coram viro sanctissimo comparuit. Porro illam nec videre dignatus est, vel humaniter exco-

**B**  
Benedictus  
11.

perere. inquit, quòd mater sua, vel illa talis, quam illa, quæcunque esset, se iactabar, vilibus & non ita pretiosis vestibus indui solita erat. Et sic sua uanitatis reprehensa, confusa recessit, & postmodum alienis depositis vestibus, & propriis reumptis, ad summum Pont. fuit denuò ingressa, & ab eo agnita, & benigne suscepta, & salutarata, & postea muneribus paruis affecta, in pace dimissa. D. Anton. 4. p. hist. tit. 20. cap. 9.

Frater Augustinus Hungarus, episcopus primus factus Zazabrientis in Hungaria, & inde postea translatus ad Nucerinam sedem, vir fuit opinione sanctitatis quidem celebris, & Nuceriæ ubi fuit uita functus miraculis coruscavit, teste Leand. lib. 3. & fratre Ioanne de Cruce, in suo Chron. lib. 4. cap. 31. Sed cum illius obitus diem ignorem, hic eum adnotare operæpretium duxi.

Frater Seraphinus Razius Italus in suo libro quem edidit de beatis nostri ord. fratrem Ioannem de Alلودis inter beatos huius temporis annumerat, eumque obiisse dicit anno Domini 1306. post uitam per 26. annos in religione nostra sanctissime actam & conclusam, & inquit, quòd cum ille esset Canonicus & Cancellarius Parisiensis, & iam designatus à summo Pontifice ad episcopatum Parisiensem, omnia hæc abiiecit, & ad religionis nostræ portum confugit tutissimum. Verum cum nullo testimonio certo consequi potuerim, quam illius sanctitatem Dominus Deus operatione uirtutum comprobauerit, non possum de illius beatitudine aliquid aliud asserere.

**C**  
Augustinus

**D**  
Ioannes de  
Alلودis.



Communia.

1310.

Multa religio nostro ubique patitur.

**A** **H**uius decadis tempore multas & magnas persecutiones fuit religio nostra tribulationes in terra præsertim imperio Rom. subiectis: cuius causa qui nosse cupierit, accipiat. Imperatore Henrico Luxemburgensi mortuo, quidam Cisterciensis ord. frater (qui multum conatus fuerat, ut eodem imperatori fieret à sacris confessionibus, sed frustra: quia istud munus fuerat cuidam nostro ord. commissum, qui vocabatur frater Bernardus de Monte Politiano) inuidia & odio commotus contra eundem fratrem Bernardum, illum infamauit, dicendo, quod imperator nouo quodam & inaudito modo occiderat, veneno illi porrecto. quæ fama alas acquisiuit eundo, & imperij occidentalis præsertim terras impleuit: & sic, in omnibus fuit in religiosos nostros prauus affectus conciratus. Attamen veritas postmodum comperta, & multis grauissimisque rationibus comprobatum, quod fuerat mera calumnia, quæ prædicto P. Bernardo imponebatur, & ipsius innocentia ostensa plurimum Cardinalium, episcoporum & aliorum prælatorum ecclesiæ testimoniis, & litteris ad varias partes transmissis manifestata.

**B** His autem non obstantibus quidam de eorum fratrum Minorum ( prout solent in communitatibus cunctis esse mali permixti cum bonis, ut etiam in area cum tritico paleæ, &c. ) parum mores, vel obseruatores illius, quod Clementis 4. summus Pont. rescribens cuidam nobili quæ-

culo renunciare decreuerat, & rogabat, num prædicatorum ordinem ingrederetur; vel inuicem, respondit, dicens inter alia, Sic vni harum religionum adhæreas, ut amore ab aliâ non discidas. Frater enim prædicator reprobus est, qui minores non diligit, & execrabilis frater minor qui vel odit prædicatorum ordinem, vel contemnit. Itaque huius sententiæ Clement. 4. immemores, vel parum obseruatores, illi religiosi nobis insultare sunt ausi, & apud plebeculam miseram nostro ordini detrahere, nescio quænam somnia vel somniis simillima conflagantes & ludicra, quæ quoniam talia, indigna esse arbitror ut referantur.

*Prophetarum prouida classis 1310.*

**A** **C**laret per hæc tempora frater Robertus ex conuentu nostro Auinionensi, vir sanctitate præcipuus, qui & multa prædixit futura, & præsertim pestem quandam sæuam futuram inde ad triginta annos, & vniuersalem quæ ex tribus orbis partibus duas ad minus foret deuoratura, prædixit: & id verissimum rei probauit euentus. Nam anno Domini 1348. illa initium habuit, & duobus sequentibus annis etiam durauit, & omnibus in locis ad minimum mediam hominum partem consumpsit. Obiit ille anno 1317.

*Euangelistarum acies nobilis 1310.*

**V** Erbo vitæ indefessè, & cum fructu non modo dico, instantes habet hoc tempore Italia fra-

tiem Nicolaum de Sancto Martino, fratrem  
 ciscum Grauanum Genuesem, fratrem Verce-  
 num de Vercellis. & fratrem Antonium de Patu-  
 qui etiam in posteritatis gratiam sermones pra-  
 cabiles conscripserunt.

**B** Sed & frater Albertus de Brisia, cui à D. Augu-  
 stino reuelata fuisse scribitur gloria D. Thomae,  
 frater Hugo de Praro, frater Ioannes de S. Ger-  
 niano, & frater VValterus de Botis, nec ignobili-  
 ter docti habentur, nec concionatores triuales, &  
 etiam quæ reliquerunt scripta sermonum volumi-  
 na, apertè commonstrant:

**C** Minùs noti sunt quidè qui sequuntur, sed non si-  
 ne notà, vel admiratione multorum: quoniam &  
 eruditio & morum grauitas, ac in informando be-  
 deles sedulitas, eos non parum commmendabilem  
 efficiunt. Hi sunt frater Gerardus de VVilich Tre-  
 uerensis, frater Conradus Ruffi Esserlinus, frater  
 Thomas Renegleide Anglus, frater Andreas de  
 Pistorio, frater Ioannes de Biblia Bononiensis, &  
 frater Gualdinus etiam Bononiensis. Qui omnes  
 in viuis agentes, opportunè & importunè verbo  
 vitæ institerunt, & scripta etiam reliquere diuersa  
 sermonum volumina.

*Doctorum turba veneranda 1310.*

**A** **I**N hac doctorum acie priorem locum concede-  
 mus omnibus quos iam iam in euangelistarum  
 choro recensui: quibus etiam addantur sequentes  
 vt fiant doctorum copiae instructiores, frater Co-  
 rardus de Hancinis, frater Guido de Guenetis  
 Patria Bononiensis, alius frater Guido Ferra-

riensis, & frater Ioannes Runsin Teutonicus: hi  
 omnes quàm meritò ea debeant gaudere benedi-  
 ctione, quæ multos erudientibus repromittitur.  
 Quæ autem reliquerunt suorum ingeniorum lu-  
 cubrationes, insigniter & candidè testantur.

**B** Frater Durandus de Sancto Portiano, vir sin-  
 gulari ingenio præditus philosophus & Theolo-  
 gus præclarus, & valdè resolutus hoc tēpore apud  
 vniuersos, fuit habitus vir eminentis doctrinæ &  
 ad explicandum quæuis quantuncumque abditis-  
 sima aptissimus. & dignus sanè, cui inter viros illu-  
 stres ornatissimus concedatur locus.

**C** Anglia his temporibus fuit adeò abundans in-  
 signium virorum, vt per se sola copiam quandam  
 habeat paratam & cuneum clarissimorum viro-  
 rum satis splendidum, quo hanc doctorum aciem  
 non mediocriter reddat illustriorem. Nam ex illa  
 prodeunt frater Bartholomæus de Bolsenech, fra-  
 ter Echardus, & frater Ioannes Harlei, frater  
 Richardus Clapoel, & frater Robertus Holcorh,  
 F. Thomas Renegleide, frater Thomas Langfro-  
 dius, & alter qui cognominatur Iorgius, & alter  
 qui etiam cognominatur Nortuodensis, & frater  
 Thomas Anglicus alter.

**D** Teutones quoque easdem copias auctiores red-  
 dunt qui sequuntur, frater Gerardus de VVilich  
 Treuerensis, & alter etiam Gerardus Colonien-  
 sis, & frater Gualterus Iorgius, & frater Guillel-  
 mus de Verida, etiam Colonienfis, & frater Theo-  
 doricus, viri omnes multa veneratione prosequē-  
 di. Dumque his socios iungere cupio, præstò ad-  
 sunt frater Nicolaus Bouer Bernensis, frater Pe-  
 trus Kabo Clugiensis, frater Petrus Farracha Ge-

nuensis, & frater Guillelmus de Canneo: viri on-  
nes ad quosuis conflictus in re litteraria suffere-  
dos aptissimi.

**E** Sed ne eorum qui prætolantur querimonia  
in publicum prodatur, iam intromittantur: frater  
Nicolaus de Marianis, frater Philippus de Perigi-  
o, frater Philippinus de Ferrara, frater Richardus  
Primitiis, Bononiensis, frater Bartholomæus de  
S. Concordio Pisanus, frater Benedictus Nouoco-  
miensis, & frater Benedictus de Sétino, frater Bo-  
romeus Basacomatrus, frater Conrardus de El-  
culo, & frater Dominicus Smarra de Fabriano, &  
frater Dominicus Tolosanus; & hi omnes quan-  
tū uide hauserunt, etiam cæteris communicarunt  
doctrinam multorum, intellectuū tenebras dis-  
soluentes, & nunc suis scriptis multos erudiunt.

*Pastorum conuentus insignis. 1310.*

**A** Frater Guillelmus Petri Barbadensis, vel Go-  
dius de Baiona, patria Tolosanus ex Magistro  
sacri palatij fit circa annum 1312. Cardinalis sub ti-  
tulo S. Cæcilie, & postea per Ioannem 22. declara-  
tus fuit sub titulo sanctæ Sabinæ. Obiit anno 1336.  
& sepultus fuit in conuentu nostro apud Mon-  
tem-Pessulanum.

**B** Circa annum 1310. missus fuit à rege Pannonie  
ad Summum pontif. ut beatam Margaretam sibi  
regis Hungariæ, & sanctimoniam nostræ ordi-  
naret in diuarum Virginum catalogum referret  
frater Andreas Hungarus, & ibi existens factus fuit  
per Clementem 5. Archiantistes Ancialarensis  
quam ecclesiam prudentia pari & diligentia rexit

**C** Claret huius decadis tempore frater Petrus de  
valude, arbitror, in patriarchatu Hierosolymita-  
no, & frater Egidius Ferrariensis, quoniam igno-  
rum est mihi, quoniam tempore fuerit patriarcha  
Gradenfis, illi socium adiungo. Et tam eximius  
binarius virorum ita illustriū non passim occurrit.  
Frater Richardus de Cānedola (aliis est Richar-  
dus de Antimiano) vir longè colendissimus, fit  
Archiepiscopus Mediolanensis circa annum 1318.  
teste Onuphrio in suo Chron. & vsque ad tale tē-  
pus claruit frater Benedictus Nouocomiēsis eius-  
dem ecclesie præsul. Vnus & alter in nihilo sibi pe-  
percit, dummodò suis prospicerent ouibus.

**E** Claret hoc tempore frater Nicolaus de S. Mar-  
tino ex prouincia Romana, Recanatenfis ecclesie  
antistes. De quo scribitur, quod suo tempore ful-  
sit, ut sol inter stellas fuitque & in concionibus fa-  
mosus, & in suis pascendis ouibus vigilantissimus.  
Illum tamen scribunt aliqui obiisse anno Domi-  
ni 1368.

**F** Frater Berengarius, natione Gallus, diocesis Ru-  
thenensis, dum foret generalis Magister ord. no-  
stri (ad quod officium fuerat electus apud Car-  
casonam anno 1312.) à Ioanne 22. summo Ponti-  
fice diuersis vicibus legatus mittitur, & demum  
post huiusmodi iunctiones anno Domini 1317. fit  
ab illo Archiepiscopus Compostellanus. Quam  
ecclesiam etsi rexit magna cura, tamen cum ad fi-  
nem vitæ peruenit, multum amare flebat, quod  
onerofum officium generalatus ord. fugiens vel  
declinare cupiens, Archiepiscopalis dignitatis su-  
ceperat insignia, dicēs, quod dum magnum onus  
declinare voluit, in maius inciderat. Id accidisse

humiliter confitens, eo quod dignus non foret permanere in suorum fratrum consortio, & obiit anno 1325.

**G** Idem summus pontifex præter alios non paucos etiam ad episcopales dignitates euexit fratres Bernardum de Milano Burdegalensem, & fratrem Guillelmum de Labroa Cadurcensem, & fratrem Petrum de Massaco Vasconem & horum postea Baionensi præfecit ecclesiæ: secundum Caturcensis fecit ecclesiæ præfulem, primum vero Conuictarum fecit Antistitem. Omnes eo quod benefecerint, duplici benedictione decorentur, apud Deum scilicet & apud homines.

**H** Frater Bartholomæus Bononiensis minoris Armeniæ dicitur fuisse iubar, & fidus quoddam mentis candidissimum, & illius præsul clarissimus. Cui duo alios Bononienses in gemis socios, qui diuina temporibus Torselani fuerunt Antistites. Vni nomen erat etiam frater Bartholomæus, alteri vero Ægidius. Sed quia nescius sum, quo illi temporibus ecclesiis præfuerint, saltem hospitalitatis gratia illis hinc locum tribuo.

**I** Aliquos præterea turmatim video Antistites ad huc superesse, & ad modum vagantium se habere, & à propriis sedibus exulum, quibus ad tempus aliquod, ut humanitatis ergo ad manendum locum hic accommodemus, opus erit. Eorum vnus, frater Theodoricus de Nassau, dicitur Germanus Romanulphi Alemanorum regis Archiepiscopus Treuerensis, frater Ioannes Visiliensis Archiepiscopus in Dacia, frater Guillelmus Archiepiscopus Corinthius, frater Matthæus Mantuanus episcopus, frater Petrus Lucanus, eiusdem Lucanæ ecclesiæ Antistites,

frater Leonardus Romanus, episcopus Aquilanus. Interea ergo quod quæ his sint proprietates sedes ignoratur, hinc maneat, & qui fuerit rerum omnium curiosus indagatur, illas notare dignabitur.

*Beatorum sacer conuentus. 1310.*

**A** Anno 1314 obiit Forliuij frater Iacobus de Venetijs, qui fuit regularis obseruantie speculū singulare. Fuit verò tanta sanctitatis opinione celebris, ut mortuus propter innumeri populi concursum non potuerit sepulture tradi, & viuens miraculis claruit, & indies coruscet, & pro diu ibi colitur.

**A**  
B. Iacobus de Venetijs.

Anno 1317. Obiit Auinioni in conuentu nostro frater Robertus, vir & prophetie spiritu dotatus à Deo, & miraculorum gratia insignis & gloriosus. In cuius morte id etiam accidit mirabile, quod cum ad sepulturam eius corpus deferretur, fuit corpus eius miraculosè tantoperè à terra eleuatum in altum, ut etiam qui Crucem ferebat, illud cum Crucis Baculo non potuerit pertingere; & postmodum paulatim fuit ad sepulchrum demissum.

**B**  
B. Robertus

Frater Iordanus Pisanus, vir eximia sanctitatis & miraculorum virtute illustris, hanc etiam ornat decadem. Qui anno Domini 1311. Placentiæ obiit, sed inde translatus est Pisas, vbi magna veneratione colitur.

**C**  
B. Iordanus Pisanus.

Claruit per hæc tempora frater Bartholomæus minoris Armeniæ episcopus. Qui ut alter Abraham & natali solo & omni cognatione relictis, se in Armeniam contulit, & fidem Christi ibi in totum se: è collapsam restituit, conuentum nostri ordinis crexit ibidem, ut forent semper qui vineæ

**D**  
B. Bartholomæus.

Domini cultores essent in posterum, per quæ religione nostra, imò de republica Christiana bene meritum declarauit. Multis post mortem miraculis coruscus extitit & gloriosus.

E

B. Simon Cõ-  
uersus.

Anno 1319. frater Simon Conuersus, ex oppo-  
S. Archangeli natus (ab Arimino per paucos milia distat) vir conuersatione vitæ candidus, pure  
te nitidus, paupertatis, obedientiæ, castimonie  
cæterarumque virtutum amantissimus, qui & miraculis adhuc viuens clarus migravit ad Christum.  
Alij scribunt, quòd obierit anno Domini 1329.

Communia. 1320.

A

Thomas Aquinas  
Sanctorum catho-  
lorum acribitur.

Anno 1325. Ioannes 22. Summus pont. Aquin-  
ni existens. D. Thomam Aquinatem sancto-  
rum ascripsit catalogo, & prima die ipse Summus  
pont. & sacrum cecinit, & concionem habuit  
cuius laudem, & diebus sequentibus alij vici clarissimi,  
fuerunt præsentis huic solennitati rex & principes  
Siciliæ.

B

Nomine Beguinarum  
quas ante damnata  
rat ecclesia, nõ intelliguntur  
alij sic vocatz.

Idem Summus pont. anno 10. sui pontificatus  
declarauit, quòd nomine Beguinarum, quas  
Clarius ante damnarat, non intelliguntur siue  
fœderes de pœnitentia B. Dominici, siue alia quæ  
quæ vulgariter vocantur Beguinæ: quæ tamen  
sunt maculatæ erroribus illis quos Beguinæ ab ecclesia  
damnata habebant.

C

Anno Domini 1323. in prouincia Narbonensi  
in ciuitate quæ dicitur Alecco, apparuit quidam  
spiritus, qui assererat, quòd erat anima cuiusdam  
fuerat breui defunctus, & mira de purgatione  
alia vita narrabat: quæ auditores reddebant a-

mitos, cum ergo nostri conuētus Prior accessit occultè,  
secum deferendo venerabile corpus Christi. Cumque eum adiuraret Prior, & examinaret,  
multorum astante caterua, respondit, inquiring,  
quòd ille habebat secum verum Deum saluatore  
mundi, & multa alia adiuratus fassus est, & inter  
alia dixit, quòd propter merita & orationes illius,  
& suorum fratrum sperabat citò habere requiem.  
D. Antoninus 3. part. hist. tit. 21. cap. 5. SS. 8.

Doctorum classis non ignobilis. 1320.

Frater Aimericus Placentinus, qui nostri ord.  
Generalatum promeruit obtinere, vt sit omnium  
decadis huius doctorum ductor & Coryphæus,  
primò occurrit vir non minoris auctoritatis,  
quàm est qui summam habet, & sibi habet associatos  
fratrem Bombolognum de Gabiano Bononiensem,  
& fratrem Ioannem de Zambacho, & fratrem  
Rupertum, viros multum venerandos.  
Hos sequuntur frater Paganus Bergomensis,  
alter ab eo cuius in beatorum classe in præcedenti  
seculo memini, frater Martinus Polonus, & frater  
Thomas Stubes (alijs est Scobes) viri omnes tres  
fama spectabiles, & inter non vulgariter doctos  
computandi. Alij hunc fratrem Thomam referunt  
ad annum sicut & 1362. fratrem Martinum ad annum.  
1350.

Pastorum acies veneranda. 1320.

Frater Matthæus Romanus, ex Ursinorum de  
Monte Iordano nobili ortus familia, postquam

primò factus fuerat episcopus Agrigentinus, postea Archiepiscopus Sipontinus, fuit anno 1341 per Ioannem 22. ad Cardinalatum assumptus, titulo S. Ioannis & Pauli. Obiit Auinioni anno 1341. sed cadauer eius fuit inde Romam delatum ad conuentum nostrum S. Mariæ super Minervam, & ibi reconditum.

**B** Frater Angelus Acciaiolus, qui à Ioanne 22. primò factus episcopus Aquilanus, & postea Clementem inde ad Florentinam sedem transtulit, hac decade sibi locum vendicat. Qui fuit vir multis nominibus obseruandus, & pastor optimus. Obiit anno 1357.

**C** Circa annum 1320. claruit frater Martinus Polonus, qui fuit primò summi pont. Pœnitentiarius, & postmodùm in Polonia Archiantistes, cui etiam socius iungi potest frater Gerardus (aliis est laudibus) de Monte-Pessulano, antistes in prouincia præsidis in ciuitate Diatagora. Viri fuerunt ambo nec doctrina obscuri, nec in pastoralis regimini reprehensibiles.

**D** Frater Simon Saltarellus, vir magna grauitatem morum adornatus, postquam fuerat procurator ord. in Romana curia, fuit à Ioanne 22. creatus Patensis ecclesiæ Antistes, & postea inde translatus ad Pisanam ecclesiam, & illius factus Archiepiscopus, & legatus summi pontif. ac Sardinia inuicem primas. Hic parentum suorum præcibus & iustis compulsus, quandam æquè nobilem sibi desponsauit, sed paulò post spiritus sancti magis acquiescens monitis, quàm illorum, & parentibus & sponsa reclamantibus, vale faciens mundo, nostri ordinis habitum suscepit. Cumque delicatulus foret

ut omnes ord. ferret labores & ieiunia; patres id considerantes, non nihil illi indulgere volebant. Ipse verò & ieiunia, & quæuis alia onerosa exactè adimplebat, inquit, quòd cum religionem intraret non solum vestes, sed & vires. scilicet debiles in fortes commutaret, & etiam sensus: ac proinde iam tunc poterat, quæ secularis existens nequieuerat.

**E** More vagantium incedere video fratrem Raimundum qui ex Magistro sacri palatii effectus est patriarcha Hierosolymitanus: cui non est absimilis frater Ambrosius Florentinus, quem ad ordinem suscepit frater Ioannes Salernitanus. Is ergo Ambrosius, Ariminensis ecclesiæ factus antistes, cum præfato Raimundo sua interdum figant tentoria, quousque opportunior locus pro illis quæretur, & ut pastores optimi à nobis obseruentur. Duos etiã ab eodem venerando patre receptos ad ordinem, & ad episcopales sedes euectos recensui in pastorum classe, anno 1280.

**F** Duo viri Archiepiscopali dignitate fulgentes, dum temporum iniquitate suarum promotionum nequeunt antiquitatè monstrare, non egreferent, si forsàn minùs commodè hîc locètur, sunt autem illi, frater Nicolaus de Seza, Archiepiscopus de Zara, frater Isuardus Archiepiscopus Thebanus: quibus iunguntur sequentes propter eandem rationem, frater Narua episcopus Bergensis in Dacia, frater Isuardus episcopus Bethlehemiticus, cum tribus aliis qui in eadem ecclesia illi successerunt, frater Ioannes Benedicti Venerus episcopus Trifolinus: omnes viri vel suæ dignitatis ratione obseruandi plurimum.

Beatorum sedes. 1310.

**A** Vos Henricos lego natione Teutones, **B. Henricus & Henricus.** **D** autem aut saltem cognomine Colonien- viros vitæ sanctimonia conspicuos, & operatio- signorum claros: & hi alij sunt ab eo cuius me- memini in classe beatorum, anno 1240. Cùm rum distinctè tempora nouero, quibus è uiu- cesserunt, aut in illis agentes claruerunt, eos ab- uicem non obliuiscar separare.

**B** In vnũ etiam placet coniungere fratrem **Nicolaus de Iuuenacio, Ioannes & Ikuardus.** **I** coloum de Iuuenacio, & fratrem Ioannẽ & Iku- dum Vicetinos, viros vt meritis insignes, ita et- multis diuinis gratis adornatos.

Communia. 1330.

**A** **A** Nno 1332. frater Thomas, natione Angli- **Audax animosi patris & Zelosi facinus præla- rum.** **A** cognomento Uualens, comperto quod Ioa- nes 22. opinabatur, & saltẽ per modum disputa- nis assererat, quod animę beatorum ante resur- ctionẽ nõ videbant Deũ, zelo fidei successus, p- festo D. Ioannis euangelistę publicè cõtra illum- cõcionẽ inuectus est, maxima prælatorum eccle- astante caterua, quorum Papæ plurimi commu- bant. Et in ea concione Apostoli Pauli vsus doc- na, & exẽplo qui D. Petro Apostolo in facie red- tit, cùm reprehensibilis erat; & illius etiam quod Galatas scribit; Si quis uobis aliud annuntia- præter id quod accepistis, anathema sit. Etiam precatus fuit publicè maledictionẽ omnibus- tali errori consensum præberẽ. **Q**ui mox ob- factum fuit coniectus in carcerem, sed postea

tate vincente & rege Franciæ, virgente per suas- teras, & Vniuersitatis Parisiensis interuentu fuit- immodum honorificè liberatus & Ioannes 22. etiã- ante mortis tempus errorem quem vt particularis- doctor, visus fuerat sentire, reuocauit.

**B** Per eadem tempora aliqui nostri ord. viri do- **B** **G**rina eximij vt Durandus, & nonnulli alij, contra- errorem prædictum, & illius authorem Ioannem- 22. libros conscripserunt. **Q**uæ & etiam prædicti- fratris Thomæ factum & incarcerationem audiẽs- dux Bauriæ, qui nostro ordini erat multũ in- sensus, quoniam nuspam nostri fratres quod ille- et exerat idolum, Antipapam (scilicet Petrum Cor- bariensem, noluerant adorare, & pro papa recipere, nec ipsi Bauaro communicare; animum infen- sum quem in nos gerebat, vel saltem in parte de- ponens, dixit. Nunc comperio, quod ordo prædi- catorum fratrum est ordo veritatis, quoniam nec Ioanni 22. summo pontif. parcat, sed veritatem li- bere & viriliter tutatur, & mendacia audacter im- pugnat & reicit. Id (ait) nunc cognosco, siquidem Ioannem 22. errantem dereliquit, quem antea nõ errantem contra me tam animosè defendit.

Ordo prædi- cat, Antono- mastice ordo veritatis di- citur.

**C** Pisani, Lucenses, Aretini, Castellani Viterbien- ses, & nonnulli alij populi fratribus nostris ex suis ciuitatibus expulsis ( quoniam Ludouico Bauaro symatico & hæretico adherere noluerunt, sed quoduis potius dispendium pati, vt fideles & con- stantes ecclesiæ filij) conuentus quos in illis locis habebamus, acceperunt. Et quoniam conuentus aliquot qui illos fratres expulsos exceperant, ni- miũ grauabantur, concessit ordini facultatem summus pontifex recipiendi loca de nouo ad con-

struendum conuentus in oppido S. Gemiani  
sancto Miniato, de Monte-Politiano, Volaterrano, & aliis.

**D** Nostris etiam fratribus ad terras infidelium  
proficiscentibus prædicationis gratia conueniens  
idem pontifex summus quàm plurima priuilegia

*Euangelistarum copia insignes.*

**A** **P**ER hæc tempora frater Venturinus Bergomensis  
per totam Italiam celebratissimus concionator,  
facundia & gratia mirabilis in concionando.  
Qui obiisse scribitur anno Domini 1334.  
Huius meminit in suo Chronico quod scriptum  
idiomate Italico Ioannes Villanus lib. 11. cap. 11.  
dicens, quòd tantæ erat in concionibus efficacia,  
vt circa annum 1334. ultra decem millia Lombardorum  
suis concionibus commouerit ad proficiscendum  
Romam deuotionis ergò, cuiuslibet animi  
erant in clamando ad Deum misericordiam & pacem,  
misericordiam & pacem.

**B** Duo alij etiam fuerunt in Italia valdè celeberrimi  
concionatores, quorum vnus frater Hugo de  
Prato, alter verò frater Nicolotius Esculanus  
cabatur, & ille quidem vir fuit eloquentissimus  
quo auditores omnes, veluti à quodam diuino  
oraculo pendeant, hic etiam, qui & egregius erat  
plurimos conuertit, vt illecebris sæculi abdicato  
se Deo deuouerint.

**C** Nec etiam tam vulgares concionatores fuerunt  
tres Ferrarienses sequentes, quin in speculacionum  
eorum veniat mentio faciendâ, vni nomen

Henricus, alteri Thomasinus, alteri verò Bartholomæus.  
Qui omnes & vigiles canes, nec muti in vinea  
Domini fuerunt, & sermones prædicabiles posteris  
reliquerunt, & eorum eruditionem, & spiritum,  
ac animarum zelum referentes.

**D** Duos etiam lego in Teutonia claruisse concionatores  
optimos, & ferè excellentes, qui pro ouibus  
errantibus ad ouile Christi perducendis multa  
pertulere. Quos quoniam quis commodè locum  
capere debeat non noui, eos tantisper hæc  
collocare decreui, vnus frater Albertus dictus  
fuit, alter verò frater Rodolphus conuentus nostri  
Basiliensis.

*Doctorem nobilis cæsus. 1330.*

**A** **E**uangelistarum turba supraposita huc etiam  
in doctorum classem vocetur; & illis innotuit  
frater Ludolphus Saxo, qui æquâ per 25.  
aut circiter, annos nostri ord. habitum gessit, ad  
Carthusianos transiit, frater Gratiadeus Esculanus,  
frater Angelus de Bonaonia, frater Barnabas  
Vercellensis, frater Thomas Vualens: quos omnes  
si multis encomiis efferre quis vellet, tum ob  
doctrinæ & religionis præstantiam, tum etiam  
ob sedulam quam in plurimos illuminando  
perauerunt operam, tum etiam ob plures alias  
animi virtutes quibus fuerunt adornati, nihil à  
veritate alienum committeret. Sed ora si taceant,  
eorum opera lib. 2. recensita, quòd digni sint ista  
ostendunt.



*Pastorum acies veneranda.*

**A** **F**rater Egidus Gallutijs Bononiensis ad Archiepiscopatum Cretensem promotus, & ter Iacobus de Benefactis Mantuanus Antillarum hæc tempora decorare credendi sumus agnoscentes enim, quod ars est artium, regiminarum (vt ait Gregor.) illius præcepta quæ pastorali suo scripta reliquit, & lectitantes & opere exequentes, forma possunt esse & exemplar pastorum insignium & optimorum.

**B** Video fratrem Iſuardū patriarchā Aquilegensis incedere quasi vagū & sua sede expulsum, & fratrem Nicolaum Tyrensis ecclesiæ Archiepiscopum illo in nihilo magis contentum, & eorum non commisereri non possum, & vel in aliquo gulo illis ad manēdum locum concedam, quæ sine vt ad suas sedes commigrent, fiat opportunitas maior.

**C** Præfato Nicolao in eadem successit ecclesiæ Tyrensi frater Bonacursius, & huic frater Petrus Conflitto (Tyrus ciuitas est in Oriente intelligitur quam olim Christiani Latini per multa tempora incoluerunt) quem tamen Petrum, Archiepiscopum fuisse Corinthium, scribit D. Antonius hist. tit. 23. cap. 11. quos etiam quoniam viri gratissimi fuisse, & se ad instar vagantium habent, ad tempus recipere lubet.

*Beatorum sacer commentus. 1330.*

**A**  
B. Iacobus  
et Gerardus

**A**nno 1332. (alijs verò 1322.) obiit frater Iacobus, vel, vt alij scribunt, frater Gerardus

Monte-Politiano, episcopus in Diataroga ciuitate præfidijs. qui fuit vir sanctimonia vitæ insignis, & multis emicuit miraculis, & obiit Triuisij Frater Ioannes de Cruce scribit in suo Chronico, quod obiit anno Domini 1322.

Sed & frater Iacobus de Benefactis, episcopus Mantuanus, qui fuit vir vitæ integerrimæ & inculpatae, bonorum operum plenus & miraculorum gratia gloriosus; cur nam hoc loco à nobis non notabitur?

Quendam etiam fratrem Iacobum, cognominatum Sextium, per hæc tempora claruisse lego, & alium fuisse puto ab eo cuius fit mentio inter beatos decadis anni 1490. vir fuit etiam sanctimonix vitæ opinione celebris, & post mortem multis emicuit signis.

Claruit per hæc tempora in Hungaria Soror Helena sanctimonialis nostri ordinis. Quæ fuit miræ perfectionis virgo, & omni virtutum genere adornatissima, & à Domino hoc promeruisse proditur, vt scilicet quinque passionis illius stigmata in suo corpore eius amore sentiret.

Sub præfata Helenæ disciplina fuit etiam nostri ord. Sanctimonialis beata Margareta filia regis Hungariæ, virgo sanctissima, & vitæ sanctimonia mirabilis, quæ & miraculorum gratia exitit gloriosa.

*Pro illius canonizatione laboratum fuit aliquando; sed res nondum fuit optatum effectum sortita.*

Tempore huius decadis in Tuscia apud Castrū Montis-politiani floruit beata Agnes, ab eodem

**B**  
B. Iacobus de  
Benefactis.

**C**  
B. Iacobus  
Sextius.

**D**  
B. Helena.

**E**  
B. Margareta  
filia regis  
Hungariæ.

**F**  
B. Agnes

loco cognomentum sortita, quæ sanctimonie  
nostri ord. existens, vitam egit integerrimam  
miraculorum gratia fulsit. Eius corpus venerabile,  
velut sacrum corpus D. Matthæi Apostoli apud  
Salernum, & D. Andræ etiã Apostoli apud Ma-  
phim, & D. Nicolai in Appulia, & D. Bricij nos-  
tri ord. olim in Angliã liquorem stillare dicitur, quod  
deliniti cum fide & deuotione accedentes san-  
tatem recipiunt infirmi, & adhuc integrum per-  
uerat. Huius sanctæ vitam diligenter conscripsit  
frater Raimundus Capuanus, qui fuit nostri ord.  
generalis magister. Fit autem huius Virginis ibi  
dem qualibet hebdomada semel diuinum ob-  
scium, & summa ibi ueneratione colitur. Eadem  
Virgini adhuc uiuenti saluator noster in forma  
puerili apparuisse memoratur, & quod ei etiam  
donauit Crucem paruam quam ad collum sepe  
per gessit, & quod manna super caput eius pluuit.

*Communia. 1340.*

**A**  
Corpus B.  
Petri marty-  
ris à loco  
vno in alium  
transferunt.

**A** Nno Domini 1340. sacrum corpus D. Petri  
Martyris in eminentiorem locum ab humili  
in tumbam marmoreã mirificè elaboratam trans-  
fettur. præsentibus Reuerendissimo Donvino Ar-  
chiepiscopo Mediolanensi, & Domino Ioanne Ve-  
cecomite; & generali M. nostri ord. Hugone, &  
maxima religiosorum nostri ord. caterua (quia tunc  
temporis generalia ibi celebrabantur comitia) &  
innumera procerum, & nobilium, ac communis  
plebis multitudine, quo tempore Dominus in sua  
sancti commendationem, multa miracula fuit de-  
gnatus operari.

Anno 1348. grassari cœpit pestis crudelissima, &  
duobus etiam annis sequētibus perdurauit, quam  
frater Robertus Auinionensis nostri ord. religio-  
sus per triginta annos antè prædixerat, & fuit uni-  
uersalis, & adeò sæua, vt in locis in quibus fuit mi-  
or reputata, omnis conditionis hominum me-  
diam partem ad minus absumperit: & fuit eadem  
lues etiam magna causa ruinæ obseruantia regu-  
laris. Nam cum Monasteria cuncta amisissent plu-  
ra supposita, patres nostri ne illa in totum defice-  
rent, ad habitum religionis plurimos nõ ita aptos,  
necita diuino spiritu motos susceperunt, plurimum  
de regularis vitæ rigore remittentes cum illis, ne  
à religione abirent. Et hinc factum est, vt non pau-  
ci abusus introduci cœperint, eos dissimulantibus  
religionum cunctarum præfectis, & aliis ob cau-  
sam dictam, & quod sperarent, quod eos corrige-  
re possent in posterum, aut omnino tollere, quan-  
do religiosorum iam foret sufficienter numerus  
auctus. Sed multò aliter illis accidit, quia distorta  
& praua, præsertim si diuturnitate temporis con-  
ualuerunt, ægrè postmodum possunt auelli, & ad  
debitam recudi rectitudinem, sicut etiam propter  
eandem rationem quidam poëta scriptum reli-  
quit. Quod enim semel est imbuta recens seruabit  
odorem Testa diu, & hoc etiam experimento di-  
dicimus, quod regularis vitæ collapsus suo vel odo-  
realis inficit, vt paulatim collabantur & ipsi. Sic  
Platina docet, quod circa annum 892 aliquali ne-  
gligentiã, vel conuiuentia episcoporum abusus  
multi in ecclesiam irreperunt, quorum aliquos  
sactem ipsi etiam propterea vix sufficiebant repre-  
mere. Sic etiam hodie experimur, quod & in illis

**B**  
Vniuersalis  
regularis vi-  
tæ in religio-  
nis cunctis  
ruinæ causa.

partibus in quibus suum virus effudit Lutherus in vicinis in quibus vel serpit vt cancer, vel suorum odore etiam Catholicorum corda quo ad quæ sinceram religionem concernunt, tepefecit vel inficit, ad instar quo candela incensa parua approximata, etsi illum non comburat, marcescitur tamen, omnium ferè religionum rigor & decore tunc labi cœpit, non nihil verentibus prælatis abusus punire, & lapsus quosuis, ob malum quoddam euitandum, quod subsequi posse verentur. Tunc itaque fuit per illa tempora vitæ regularis declinatio, & ad eam illa excreuerat, vt D. Vincentius auster & intrepidè suo tēpore proclamauerit, quod si D. Dominicus & Franciscus tunc venissent, hanc religiones quas fundarant, non agnoscerent, res suas esse negarent. Et vtinam his etiam nostris temporibus nos hæc non attingat maledictio, & diuine nequeant patriarchæ isti insignes & viri sanctissimi de suis, Nec nos patres, nec vos filij.

**C** Anno 1345. communi decreto ipsius episcopi sui collegij, nec non & totius Reipublicæ Valentiniæ fuit statutum, vt perpetuis temporibus religiosus aliquis ex ordine mendicantium lectionem Theologicam faceret. Canonicis Cathedralis ecclesiæ & quibusuis aliis rectoribus & clericis. Postmodum verò fuit eidem decreto additum, quod quoniam prædecessores aliqui eorum ordinem prædicat. ingressi fuerant, ex illo talis lector semper assumereetur.

*Prophetarum sedes 1340.*

**A** **C** Laret per hæc tempora frater Venturinus Bergomensis, concionator valde excellens

qui & vir sanctus fuisse refertur, & miraculis clarus, & futurorum vates certissimus.

*Euangelistarum sedes 1340.*

**C** Irca annum 1340. in cælesti disseminando sermine, vt laboratores strenui egregiam nauarunt operam frater Henricus, Frachonen cognominatus, & frater Bernardus eodem cognomine dictus frater Guilelmus de Kaioth, & frater Bernardus de Parentinis, omnes viri eruditi, vt clarum specimen præbent sermonum volumina quæ reliquerunt conscripta.

*Doctorum confessus 1340.*

**A** D hanc classem Doctorum, prius accersitis euangelistis iam nunc enumeratis, illis iungantur frater Galuanus Flama Mediolanensis, frater Henricus qui cognominatur Siso, frater Lucas de Manelis Florentinus, frater Nicolaus Esculanus, & frater Robertus Eboracensis Anglus. Nam non solum viuentes rorem sapientiæ non modicam miserunt, in eruditione multorum desudantes, sed etiam posteriora tempora illustrarunt suis sermonibus scripto mandatis.

*Pastorum eximia cohors 1340.*

**A** Nno 1342. frater Gerardus Altus de Sancto Adamaro ex prouincia Tolosana, patria Lemouicensis, ex generali Magistro ord. à Clemente 6. fuit collegio Cardinalium adscriptus sub titulo

S. Sabinæ. Obiit anno 1345. & requiescit in conuentu nostro Tolosano.

**B** Eodem anno frater Simon de Saltarellis, natione Florentinus, ex episcopatu Parmensi assumptus fuit ad Archiepiscopatum Pisanæ ecclesiæ, & pastor existens, illud quod apud Ezechielem à palatibus suis requirit Dominus, adimpleuit, quod perierat requirendo, quod abiectum erat recedendo, quod contractum alligando, & quod brittle firmum consolidando, & quod pingue & forniciosum custodiendo, &c.

**C** Frater Angelus Patriarcha Gradenfis, & frater Hugolinus patria Ariminensis, Antistes primobatus Senegallensis ecclesiæ, & postea Foroliuensis viri multum reuerendi, & per quos pastorum sollicitas obscurari non potest, vagari videntur, quibus propterea saltem per modum hospitij hic locus cum damus. Qui verò iustus rerum ætimate fuerit & rectus, si eos hic minùs conueniente locatos inueniat, illos ad propria transmittat locos.

**D** Frater Ayaciolus natione Etruscus, patria Florentinus, vir vnde quaque venerandus, qui à Ioanne 22. fuit Aquilanus episcopus designatus, & ab ista in Florentinam sedem translatus. Vir fuit summæ autoritatis apud Robertum Apuliæ regem, & illius successorem Ludouicum, Cuius temporis fuit illius & Siciliæ regnorum Cæcellarius maior. Cumque ob multa negotia quæ illi Florentini populus facerebat, pertæsus foret, & eam sedem cuperet relinquere, idem rex obtulit illi abbatiam illam insignem quæ Montis-Cassini dicitur. Et summus Pontifex, ne ille à maiori dignitate ad minorem descenderet, illam ecclesiam fecit

metropolitanam, & illi eum tunc præfecit. Obiit autem anno Domini 1357.

Is fuit à Florentino populo designatus specialiter, vt cum 14. viris Florentinæ Reipub. curam communem susciperet, & moderationem, cum illius Dominio, priuarunt Gualterum, ducem solo titulo Atheniensem, vt refert D. Antoninus 3. p. hist. tit. 21. cap. 7. SS. 11.

**E** Frater Guilelmus de Morrecha Archiantistes Corinthius, quasi abortiuus & propria sede orbatus, in angulo sedet. Cui saltem tanquam hospita hic ad tempus aliquod cupienti manere neque æquum est, vt rem aded iustam denegemus.

*Beatorum sacer conuentus 1340.*

**I**nter beatos huius decadis referunt aliqui fratrem Venturinum Bergomensem, eo quod vir fuisse dicatur perfectionis eximia, nec solum Prophetiæ dono à Deo ornatus, sed & miraculorum gratia. Obiit Smyrnæ anno 1346. quò profectus fuerat, cum fuit expeditio facta contra infideles. De isto beato multa, eaque præclara, scribit in eius vita Ioannes Antonius Flaminius.

**B** Frater Henricus natione Teuto ex ea parte quæ Sueuia dicitur, cognomento Sufo vel Sifus, qui in conuentu nostro Constantiensi religionis nostræ habitum suscepit, per hæc tempora habetur clarissimus, non tantum doctrinæ, sed & vitæ merito & splendore, cui Dominus quamplurima reuelauit secreta cælestia. Fuit autem tam profundè sapiens, vt solius æternæ sapientiæ illi fuerit sapiendus amor. Vnde in vitæ quam degit, sanctissimæ com-

**A**  
B. Veturinus.

**B**  
B. Henricus  
Sufo.

probationem multis post mortem miraculis  
rursauit.

**C** Fratrem Petrum Alemanum & fratrem Gu-  
terum de Meiszemburg Anglum lego viros De-  
deuotissimos, & vitæ integerrimæ, quorû quilibet  
verum religionis nostræ speculum & singulare  
exemplum fuisse dicitur, & huius rei argumentum  
esse possunt multi generis mira signa, quæ Dom-  
nus vnus & alterius intercessione & merito  
gnatus est operari.

*Communia*

1350.

**A** Huius decadis tempore, aut alicuius ex vicinis  
dum in capitulo generali 105. quod Colonia  
celebrandum erat, pro illo cõuenissent patres  
reuelatio facta cuidam viro sanctissimo, quod be-  
uarus Imperator dictus disposuerat omnes patres  
occidere. Ideo postquam iam Colonia conuen-  
rant, subito inde recesserunt Traiectum superius  
quod à Colonia per duodecim leucas distat, & ibi  
ad eod honorificè fuerunt recepti, quasi à multis  
pore antè fuissent prouisi. In cap. autem generali  
109. facto Lemouicis, fuit ordinatum, vt post hoc

Cur Salue re-  
gina dicitur  
apud nos  
post horas.

Non erat N.  
provincialis,  
quia fuit cõ-  
firmatus, nõ  
auditis con-  
tradictorib'.

ras in choro flexis genibus dicatur, Salue regina  
cum versu & oratione, pro conseruatione statu  
ordinis. Fuit etiam declaratum per summum Pos-  
tificem Ioannem, quod frater Herostanus de Be-  
steduna non erat prior provincialis, quoniam con-  
tradictoribus non auditis fuerat confirmatus.  
In cap. 113. Generali fuit mota quæstio, vtrum  
quis electus à maiori parte, vel ab omnibus, pot-  
est resignare suo iuri incontinenti pronuntiata

one, & responsum, quod non in nostro ordine:  
tum multis aliis rationibus, tum etiam quoniam  
religiosus non habet velle, neque nolle, &c.

In nostro  
ord. nullus  
potest renũ-  
ciare electio-  
ni de se facte.

*Apostolorum ord. sedes.*

**H** Is temporibus dominatur Ferrariæ Marchio  
Nicolaus Estensis, cuius dominij tempore le-  
go, quod opera fratris Antonij Alexandrini indu-  
ctus ædificauerit conuentum nostrum S. Mariæ  
Angelorum Ferrariæ, vel iam antè ædificatum or-  
dini contulerit. Quamobrem & etiam quia illud  
quod præcipuum est apostolici muneris, diligen-  
ter exercuit, eundem patrem apostolorum classi  
liber ascribere.

Fratrem Christophorum Mediolanensem etiam  
lego fuisse primum nostri conuentus Tabien-  
sis in Lombardia fundatorem, quem propterea etiam  
apostolorum ord. calculo annumerari oportet.  
Attamen quoniam quo id tempore acciderit, non  
habeo exploratum, consueto incertitudinis meæ  
in similibus obelisco in margine adnotabitur, vt  
huius rei notitia habita, ille ad proprium locum  
commigret.

*Doctorum celebri carius 1350.*

**F** Rater Adam Coloniensis, M in Theologia, fra-  
ter Gerardus de S. Lauréio etiam Coloniensis,  
frater Bertholdus de Moissebe, frater Hen-  
ricus de Heruodia Mindensis frater Héricus de Hu-  
nis, alter cognominatus de Hazer, frater Herma-  
nus de Augusta, & frater Hugo de Ductona, om-

nes viri plurimum venerandi, eo quod nocte dies complures duxerunt insomnes, ut multip- rerum cognitionis collyrio multiplicis cæcit multorum vulneribus mederentur.

**B** Nec minori sunt obseruantia digni quinq- Teutones sequentes: frater Nicolaus de Zarchia frater Ricolphus de Colonia Esterlengarius, tres alij quibus est vnum nomen commune, scilicet Ioannes, sed vnus Cochenus Friburgensis, alius Taulerus, & alter Snulkilfranck, & alter Thomas Branduandinus ( alius est Brauadinus ) omnes enim magna scientiarum omnium super- lectile instructissimi suis moribus & scriptis imp- tus fecerunt insignes in portas inferi tenebrarum omnium principia.

*Pastorum cohors veneranda 1350.*

**A** Anno 1350. frater Ioānes de Molendino ( alius est de Morlandinis ) natione Tolosanus, a generali M. ordinis per Clementem 6. ad Cardinalitiam dignitatem sublimatur, sub titulo S. Sab- næ. Anno Domini 1352. obiit.

**B** Frater Nicolaus Rostelus ex prouincia Arago- niæ : cuius fuerat antè moderator anno Domini 1356. fit ab Innocentio 6. Cardinalis sub titulo S. Petri Sixti. Obiit anno 1362. & fuit Maioricis in con- uentu nostro sepultus.

**C** Circa annum Domini 1370. fuit in Gallis quidam princeps, Humbertus nomine, ad quem spectabat Delphinatus Franciæ, qui regi Franciæ Delphinatum exiguo diuendidit precio, ea lege ut deinceps primogeniti Franciæ, qui in regno debet

succedere, dicerentur Delphini, & ad eos tale spectaret dominium. Pecuniaria ergo illa sum- ma accepta, & tum in alios, tum etiam in vsus pauperum distributa, habitum religionis nostræ suscepit. Qui postmodum ( vt author est Mat- thæus Villanus, lib. 1. sui Chron. quod scripsit Italicè, cap. 25. ) fuit factus Patriarcha Aquileien- sis, & in illa dignitate constitutus obiit. Alij hoc factum referunt ad annum 1342.

Frater Ioannes ex prouincia Daciæ, qui primò fuit Antistes Firiladensis, postmodum verò Ipsa- lensis, & frater Thomas Barrate Venerus, episco- pus Rechanatensis ecclesiæ primò factus, & post- eà in Orbietanam ecclesiam. & demùm in Tre- geriensem translatus, & frater Iacobus Perusinus episcopus, quasi à suis sedibus profugi, hinc ad tem- pus aliquod capiunt hospitari.

*Beatorum sedes 1350.*

**F**rater Nicolaus Hollandinus ex eorum nume- ro qui in religione Conuersi dicuntur, vir fuit magnè simplicitatis & deuotionis, ac vitæ inculpa- tissimæ. Quæ in illo habens comperta prælatus, ali- quando deficientibus piscibus, vt superuenientes hospites reficerentur, illi iussit, vt ad fluiuium con- uentui vicinum pergens, iuberet piscibus ad se ve- nire, vt ex illis hospites reficeret. Paruit ille im- perantis imperio, paruerunt & pisces eidem, & sic ille prælati iussa compleuit. Sed cum mini- mè mihi constet, quoniam tempore vixerit, aut viuere desierit, eum interea hinc collocandam duxerim.

**A**  
B. Nicolaus  
Hollandinus

**A** Per hæc tempora, aut vicina in capit. Generali 134. fuit ordinatum, vt nullus prior, superior, vel vicarius, præceptum facere præsumat, nisi consilio discretorum, eorum scilicet, qui ad consilia consueuerunt vocari. Et in capit. generali facto Ianue fuit declaratum, quòd acta capit. Generalis non obligant fratres aliarum prouinciarum, nisi postquam in prouinciis suis fuerint publicati. In capit. autem generali 139. facto Briuz, fuit mota quæstio, an magis expediret ordini, vt capitulum Generale celebraretur annuatim, an verò de biennio in biennium, vel de triennio in triennium, pro vtraque parte erant sententiæ diuersæ, & magis probabant hoc secundum, id his rationibus suadebant, primò quia in aliis religionibus ita habebat, 2. quia frequentatio capitulorum cedit in magnum tædium sæcularium principum & aliorum, à quibus eleemosynæ mendicantur pro celebratione capituli, 3. quia etiam redundat in magnas expensas ordinis, si fiat annuatim, quartò quia redundat in magna incommoda fratrum, quia multi propter labores itinerum moriuntur. Qui verò probabant, vt fierent annuatim, id istis rationibus suadebant, primò, quia vt ita fiat, ordinarij patrum nostri D. Dominicus, Iordanus, Raimùdus, & alij 2. quia generale capitulum est ad magnam observationem ordinis, quia religiosi dum ex diuersis partibus veniunt, vident se frequenter, melius se conformant in moribus, in vniformitate habitus & officij diuini, & in obseruando ceremoniarum, & in vita pacifica & religiosa, quia vnus ab

1. Quæstio mouetur, vt erim capitula generalia annuatim, vel de biennio in biennium celebranda forent.

edificationis exemplum suscipit, &c. & hæc paulatim perirent, si se religiosi non viderent, nisi raro, quia si ordinatio fieret de non celebrando capit. nisi de biennio in biennium, aut &c. oporteret bene quatuor aut quinque constitutiones delere, quæ ad generale capitulum remittunt, 4. quia aliqui prælati multa temerè attentarent, considerantes quòd non esset tempus accommodum, vt absolui possent, nisi elapsis priùs duobus aut tribus annis, & ex hoc multæ discordiæ insurgerent in ordine, 5. quia per definitionem capit. Generalis multi prælati fratres honorantur, qui tunc non possent ita honorari, &c. & ad opposita respondebant hi patres, ad 1. quòd non conuincit, quia aliæ religiones non fuerunt sic fundatæ, vt annuatim fierent capitula, vt nostra, ad secundum, negabant assumptum, quinimò principes & prælati insignes & alij, cupiunt, vt in suis terris illa fiant, & id procurant, ad 3. quòd ordo semper illas sustinuit & sustinebit, nec Deus vnquam providere desinet. Nihilominus illorum sententia præualuit, qui à biennio in biennium, vel à triennio in triennium capitula celebranda præbant, & ita deinceps obseruatum fuit. In eiusdem quoque sententiæ fauorem facit, quòd etiam in capit. 77. generali, facto Colonia, iam constitutum à patribus fuerat, vt de biennio in biennium capitula fierent, licet postmodum non id seruatè videntur, sed modum qui fuerat consuetus à principio ordinis.

Anno 1365. id mandante summo Pontifice Urbano 5. & id procurante fratre Helia Generali ord. sacrum corpus D. Thomæ Aquinæ

**B**  
Corpus D. Thomæ de Aquino transfertur.

tis quod per 85. annos sub deposito fuerat monasterio Fossæ nouæ, & annis 19. partim palatio Comitum, & partim in conuentu Funde si fuit ad conuentum nostrum Tolosanum translatum.

*Prophetarum sedes 1360.*

**A** Frater Albertus Allobrogus, conuētus Lugdunensis, vir sanctitate insignis, & diuini verbi ecclesiastes præstantissimus, postquam, in vinea Domini viriliter destudauit, per 2. aut circiter annorum semel diuenteret ad castrum cui nomen Aquabella, suam prædixit mortem instare, & ideo se præparans ad sacra altaris mysteria peragenda, petit vt sacramentum vnctionis extreme præpararetur, illi mox dandum, finito sacro, & necessaria similiter ad illius funus, quia erat statim corporea mole liberandus. Neque fuit fallax vates in illis quæ prædixit. Nam vniuersæ carnes debite tunc mox exoluit. Id autem accidit circa annum Domini 1164. vt Author est frater Stephanus Razijs Italus.

*Doctorum cætus 1360.*

**A** Tam numerosam hominū multitudinem ferè illa lues quæ anno 1348. & duobus sequentibus in humanum genus debachata est, absumpsit, non mirum, si harum decadum tempore notæ Chronici classes aliquot vacuæ appareant, præsertim quia quibus illa lues pepercit, non ita oblitus quæ est omni lue immanior. Qui ergo occurrunt

nunc recens, qui has doctorum sedes occupant, sunt frater Nicolaus Treuechanus, & frater Raimundinus Florentinus, viri non contemnendæ doctrinæ, & ob labores quos fecerunt illam impartiendo alijs, multum venerandi.

*Pastorum præclarus conuentus 1360.*

**A** Frater Guilelmus Sudre, natione Tolosanus, patria Lemouicensis, post administrationem Tolosane prouinciæ fuit factus Massiliensem, & demum per Urbanum 5. anno Domini 1176. Cardinalis creatus sub titulo S. Ioannis & Pauli, & anno sequenti factus episcopus Ostiensis, obiit anno Domini 1172.

**B** Circa annum 1166. frater Simon Lingonienfis, generalis M. ord. ab Urbano 5. declaratur Nauentis ecclesiæ antistes, postquam fuerat diuersis vicibus à summo Pontif. variis legationibus impeditus. Fuitque pastoris boni munia diligenter protecutus.

**C** Frater Matthæus de Costino post fratrem Guilelmum fuit factus Archiepiscopus Corinthius, vt testatur D. Antonius 3. p. histor. tit. 23. cap. 11 eos vt pastores optimos veneremur, & hinc interea manere sinamus.

*Beatorum sedes 1360.*

**A** Frater Henricus natione Sueuus, cognomento Sibus, qui & Amandus fuit dictus, vir fuit valde sincerus, & grauitate morū adornatus, veritatis

B. Henricus Sibus vel Sibus.



seruandæ in cunctis amantissimus, & tam sile-  
quàm ceterorum sacræ religionis rituum periti-  
obseruator, & tantæ fuit modestiæ, vt nunquam  
visus fuerit irasci, & in oratione & vigiliis fuit  
de assiduus, & carnem suam multis disciplin-  
giter domabat. Fuit itaque, vt omnia paucis cõ-  
stat, sanctitatis eximæ & singularis, & æternæ  
pietæ amator indefessus, & miraculorum gra-  
conspiciuus. Obiit in conuentu nostro Vltimo  
anno Domini 1365. 8. Calend. Febr. Sunt non  
nulla quæ hunc Henricum ab eo distinctum  
dicant, cuius antea in classe beatorum anni 1348  
memini, nonnulla verò quæ eundem fuisse  
guunt.

**B**  
B. Catharina  
de Senis.

Huius decadis tẽpore claruit virgo religiosissima  
beata Catharina de Senis, nostri ord. Sorore  
tissima, cuius potissimum suavis & literis cõ-  
motus Gregor. 11. ex Auinione Romam Curiam  
Pontificam reduxit. Fuit hæc virgo vitæ mirabilis  
& angelicæ, quàm Pius 2. Sanctarum virginum  
annumerauit Catalogo.

**C**  
B. Albertus  
Allobrogus.

Circa annum Domini 1264. mortalis carnis de-  
posito onere ad meliorem vitam transiit frater  
Albertus Allobrogus (Saubaudum nunc dicimus)  
ex conuentu Lugdunensi, vir sanctissimus, quem  
etiam patratiõne miraculorum dominus decor-  
uit, cuius mentio amplior requiratur in sede Pro-  
phetarum huiusmet decadis.

Communia

1370.

**A**

**R**em satis notatu dignã hic lubet referre, quomodo  
quo loco conuenientiùs illius fieri queat

Mira res quæ  
Neapoli con-  
cidit.

moria, non noui. Accidit Neapoli in conuentu no-  
stro sancti Dominici (sunt enim ibi præter huc, sex  
vel septem cõuentus alij etiam nostri ord.) vt post  
completorium refectiõnis locum ingrederetur cui  
erat illius cura commissa, qui mox in ingressu vi-  
det illum fratribus circumquaque refertum, & illi  
cappas habebant indutas, & tanquam hora foret  
collationis faciendæ, & illam expectarent, sede-  
bant. Accurrit ille sine mora vlla ad priorem, &  
istud illi aperit: Prior fratrem delirum putat, vel  
somnia narrantem, atramen dum vegetur va-  
dit, videt, & credit, & ille quoque turbatur,  
& rem mox confert cum monasterij grauiori-  
bus patribus & prudentioribus, de quorum con-  
silio sacras vestes assumit, & sacrum Christi cor-  
pus deferendo, toto conuentu comitante se illic  
confert, & ad illum sermone directo qui honora-  
tiori loco sedebat eos adiurat, vt aperiant qui-  
nam sint, & ad quid venerint, & quid velint: &  
vt ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine  
illius Domini quem gestabat in manibus. Vt au-  
tem quando prior coram illis comparuit cum ve-  
nerabili sacramento, illi omnes assurrexerunt qui-  
dem, & capita inclinarunt, Caputia tamen tali-  
ter demittentes, vt eum minime viderent, & hoc  
facto iterum sederunt: ita iussi à priore vt respon-  
derent ad proposita, inclinarunt. Tandem qui  
inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit,  
quod ipsi omnes fuerat eiusdem ordinis religiosi,  
& pro maiori parte Magistri, Priores, Supprio-  
res, Bacchalaurei, lectores, & aliis officiis donati,  
& quod omnes damnationis sententiã acceperat,  
quoniam ambitio multa, Superbia, inuidia, & alia

**A**

huius generis vitia eos fecerant damnatione  
gnos. Sed quod diuina permittente clemen  
tissimi fuerant illuc venire, vt eos & vniuersos  
cultores commonefacerent, vt suæ vocationi  
rent satis, nam illi quia minimè id præstiterat,  
nes damnati erant, & flammis cremabantur æterni.  
Et in signum huius cuncti in eos aspiceret. Erat  
dicto omnes illi cappas aperuerunt, & singulis  
rum flammis circumcincti & incensi visi fuerunt.  
tunc idem præcipuus manu in mensa signum dedit  
& sic illa visio euauit, & totus conuentus ma  
timore consternatus. Istius rei adhuc perse  
rat memoria in illo conuentu nostro quasi per  
traditionem recepta ab antiquis. Nec dubium  
quin maximus eo tempore ibi & alibi fuerit ex  
sione illa fructus subsequutus, & multa regula  
ris vitæ instauratio. Nec talis visio arbitranda  
est propter conuentum illum tantummodo  
accidisse, sed propter vniuersi ordinis alumnos.  
Sicuti & quæ Bononiæ audita est vox in facie  
D. Dominici patris nostri, concinentibus fratri  
bus, &c. Vox illa insonuit inquis, Nec ego  
pater, nec vos filij: propter vniuersos nostri con  
fratres accidisse credenda est. Quemadmodum  
enim in politico regimine aliquot locis sollemp  
nibus fieri solent earum rerum proclamationes  
quæ populo intimandæ veniunt, sic & in istis  
singularis etiã quidã amor diuinus erga illos ostendit  
ditur & protectio apud quos contingunt firmata.  
Et sicut D. Dominici patris nostri curæ quæ Bononiensis  
nostri cõuentus habet, ascribi debet, quod  
vox illa ibi insonuerit. Nec ego pater, nec vos  
filij: sic quoque nostri angelici doctoris D. Thomæ

Aquinatis singulari protectioni quam illius con  
uentus Regij Neapolitani, quod in illo talis visio  
contigerit ad nostrorum omnium instructionem  
& emendam.

Anno Domini 1363. electus fuit in summū pont.  
Urbanus. Auinioni existens, qui urbem adiit, li  
cet postea in Gallias rediit. Cùm verò ille esset in  
Monte-falcone, grauis admodum fuit quæstio  
orta inter fratres Cistercienses & fratres ord. præ  
dicar. super corpus D. Thomæ de Aquino. Illi enim  
conqueriebantur, quod cùm illud fuisset recondi  
tum in eorum conuentu, qui dicitur Fossæ nouæ,  
fuerat inde ablatum. Nam cùm quidam machi  
naretur illud furari inde, Dominus ciuitatis Fun  
dorum cui nomen erat Honoratus, illud sacrile  
gium perhorrescens, astante Abbate dicti mona  
sterij qui & erat Fundensis episcopus, illud miro &  
suauissimo odore redolens, ex illa abbazia abstu  
lit, & in ciuitate sua Fundensi posuit. Cùmque &  
idem Dominus scrupulo conscientie instigaretur,  
& à rege Apuliæ solicaretur, vt ei illud traderet,  
Romæ eo tẽpore veniẽs, illud obtulit generali ma  
gistro ord. fratrum prædicatorum, qui frater He  
lias vocabatur. Quo eodem tempore fratres Ci  
sterciensis ordinis grauius conuelli sunt apud  
summum pont. de ea re, & instantissimè vrgebant,  
vt sacrum corpus illis redderetur, & summus pon  
tif. & maior pars curiæ illis fauere videbantur. Sed  
postea cùm superueniret festum corporis Christi,  
& sermo fieret coram summo pont. & tota curia,  
& inter alia diceretur de officio præclaro tanti fe  
sti per D. Thomam edito ad requisitionem Urbani  
4. cuncti acclamarunt, vt in recompensationem

B

Q. magna or  
ta super cor  
pus D. Tho  
mæ.

illius Vrbanus s. eiusdem doctoris sacrum eor-  
 ordini concederet, & acquieuit tunc sum-  
 pont. & sacrum corpus ordini concessit: fuit  
 illud Tolosam delatum. Author est huius  
 Antoninus 3. p. hist. tit. II. cap. 10.

*Prophetarum laudabilis sedes. 1370.*

**A** Virgo sanctissima beata Catharina de Senis  
 dono prophetiæ quamplurima quæ proci-  
 rant, præuidit & prædixit, vt ex eius vita habet-  
 tur, ideo classe hac non potest merito excludi.

*Euangelistarum confessus. 1370.*

**A** Nno 1375. frater Iacobus de Losana, theolo-  
 gus præstans, & diuini verbi declamator in-  
 gnis, claruit, si supplementi Chron. authoritas  
 dendum est.

**B** Eodem tempore etiam percelebris fuit fama  
 frater Bernardus Teutonicus, theologus & eu-  
 gelistes præclarus, & cum optimis quibusuis me-  
 ritò conferendus.

*Doctorum sedes. 1370.*

**A** Beata virgo Catharina de Senis, Soror ex e-  
 numero quæ de pœnitentia B. Dominici de-  
 cuntur, virgo sanctitate, eloquentia, & eruditione  
 insignis, non immeritò classi doctorum ascribi po-  
 test & debet, quòd etiam cum clarissimis compa-  
 rata doctoribus, non sit illis doctrina inferior, me-  
 ritis verò quamplurimis eminentior.

**B** Frater Ioannes Stoches Sabriensis non fuit pe-

hec tempora reputatus vulgariter doctus, nec ad  
 communicandum suam doctrinam inuidus, au-  
 tinger: ac id comprobabit qui illius quæ scripto  
 mandauit, opera lectitare dignabitur.

*Pastorum acies multum reuerenda. 1370.*

**A** Nno 1378. frater Nicolaus Muzchinus (aliis  
 est Muscinus) de Carratiolis, Neapolitanus,  
 efflor hæreticorū in regno Siciliae, per Vrbanum 6.  
 creatur Cardinalis sub titulo S. Cyriaci, tempore  
 quo schisma erat in ecclesia, & erat Antipapa sedes  
 contra Vrbanum 6. Clemens 7. Qui etiam pro  
 eodem Vrbanus legatione functus est ad regē Si-  
 ciliae Carolum. Obiit Romæ, anno Domini 1389.

**B** Eodem anno in schismate Clemente 7. seden-  
 te contra Vrbanum 6. assumitur ad Cardinalatum  
 ex Magistro sacri palatij, vel (vt alij volunt) ex ge-  
 nerali M. ord. frater Nicolaus de sancto Saturni-  
 no, patria Aluernensis. Qui obiit Auinioni, an-  
 no 1382.

**C** Eodem anno frater Philippus Geza Romanus,  
 qui fuerat pœnitentiarius Papæ, & erat Antistes  
 Tiburtinus. fit ab Vrbanus 6. presbyter Cardinalis  
 sub titulo S. Sufannæ.

**D** Anno 1377. floruit frater Iacobus Laudensis ec-  
 clesiæ præsul meritisissimus, ad id assumptus ex M.  
 sacri palatij. Qui suam ecclesiam prudētissimè pa-  
 stiter diligentissimè rexit: & quidem supplementi  
 Chron. author ad hæc tempora refert, sed Sixtus  
 Senensis ad annum 1390.

**E** Frater Isuardus Archiepiscopus Thebanus, &  
 frater Nicolaus de Seza Archiantistes Zaratenfis,

frater Laurentius Ariminensis ecclesie præsul.  
frater Guerardus patria Brixienſis Cezenæ vrbis  
episcopus, cum fixas sedes non habeant, & quæ  
illis competant ignorem, illos quia bene præbu-  
runt, hîc hospitio excipere non grauemur.

Occurrit deinceps pastorum turba non modo  
ca, quæ quidem turmatim citatos lego, nec vlti-  
subest modus, vt antiquitatis eorum possit haberi  
notitia: deo quæ anxius hæreo, quoniam modo  
ordinem redige poterunt, qui absque vllò re-  
sentur inſimul: & vt eorum distingui queant tem-  
pora quibus claruerunt, non est opus pauco-  
mensium, si à singulis prouinciis in quibus illi fu-  
re illustres, velim istam mendicantem notitiam: ea  
autem, illa non habita, in rectum ordinem redige-  
re qui fieri potest? sed nec omittere consulum ac-  
bitror: Disponam igitur eos sine vllò studio & la-  
gnabo consueam in margine dubitationis nota-  
lam; vt sic omnibus rerum antiquarum studiosis  
ac præsertim nostri instituti viris ad quorum ma-  
nus hoc nostrum Chronicon deuenit, animam  
præbeam, vt singuli in suis prouinciis obseruare  
dignentur tempora quibus illi claruerunt, & no-  
tare quosuis alios viros illustres ord. à me præter-  
missos. Adnotare etiam dignentur ea in quibus  
me lapsus interdum fuisse deprehenderit: vt sic  
Chronicon postea prodire possit auctius & limi-  
tius. Nemo ergo miretur si deinceps cõsideret me  
aliquos referentem extra proprias sedes, & forsitan  
ab vno in alterum sæculum aliquando saltantem,  
id est, qui ad vnum pertinent sæculum, alteri ascri-  
bentem, Et me iuuent pro posse, vt vincat veritas,  
& error omnis victus deficiat.

Beatorum sedes. 1370.

Hoc tempore clarissimi fuit nominis frater  
Helias Lingonenſis, natione Gallus, vir vita  
conspicuis & sanctus. Qui iubente Gregorio pōr.  
Max. adit Armenos, Tartaros, & Græcos diuini  
seminis spargendi gratia cum aliquot sociis pro-  
batæ vitæ, qui omnes in Domino feliciter obdor-  
mientes multis claruere miraculis.

Communia. 1380.

Anno 1380. cum schisma foret in ecclesia Cle-  
mente erecto in Papam contra Urbanum  
6. noster ordo vt etiam Christianus orbis totus di-  
uisus fuit aliis vni, aliis alteri adhaerentibus. Nam  
quitunc erat Generalis M. ord. nostri frater He-  
lias Raimuudi Petrogoricenis cū prouinciis Fran-  
cie & aliquot aliis Clementi 7. adhæsit, & qui illi  
vita functo anno Domini 1379 successit in genera-  
latu ab eisdem electus prouinciis frater Nicolaus  
de Troia ex prouincia regni anno Domini 1391.  
quo mortuo inde ad tres aut circiter annos eidẽ  
successit frater Nicolaus Valizoletanus prouincia-  
lis Hispaniæ, cui successus fuit anno Domini 1399.  
apud Lemouices frater de Pondio qui ordinem  
rexit vsque ad annum Domini 1415. Itaque vt ec-  
clesia erat diuisa, sic & ordo noster, & duo tũsẽ  
fuerunt generales magistri, & vnus imperabat il-  
lis qui parebãt Urbano, alius verò aliis qui Clemẽ-  
ti 7. obaudiebant.

Eodem verò anno 1380. prouinciæ Italiæ quæ  
Urbano 6. adhærebant cū aliquot aliis elegerũt si-

bi in generalem M. ord. fratrem Raimundum Capua & ordini præfuit quoad illas prouincias annis 19. & illo tunc viuis excedente, in locum eius fuit fuffectus frater Thomas Firmanus anno Domini 1401. & huic frater Leonardus Statius Florentinus, & demum in concil. Constantienfi blato schismate hic idem totum ordinem rexit que ad annum 1429.

C Circa annum 1385. magnę diffenfiones fuerunt exortę in regno Valentię inter quatuor ordines mendicantes ex vna parte, & clericum ex alia. Quibus sedandis D. Iacobus de Aragonia illius ecclesię episcopus & Cardinalis animum applicuit, nihil potuit efficere. Sed demũ duobus annis conlatis vniuersus clerus beato Vincentio totam iniretegrum causam commisit, vt ipse eam componeret. Qui aliquot pro bono vtriusque partis consultationibus factis, rem inter illos composuit, & pacem quę fuerat violata, redintegrauit. Frater Vincenti iustin. in vita diui Vincentij.

*Apostolici ord. viri. 1380.*

A Frater Robertus Neapolitanus, vir rectus & firmens deum, ac regularis vitę vicum specularet. Qui fuit vnus ex primis in Italia regulari vitę collapsę instauratoribus: & proinde apostolorum nostri ord. sedes sibi vendicat.

*Doctorem confessus.*

A Frater Bertrandus Teuto (aliis est Bernardus) frater Dominicus de Stelleopardis, frater Bernardus Iunior, frater Gabriel Barleta, frater

Guido Gurtius, Raimundus Capuanus, Thomas Anglus, frater Thomasinus Ferrariensis, & frater Hieronymus de Bononia, omnes viti doctrina clari etiam sine villo aliorum consortio huius decadis doctorum classẽ conspicuam redere sufficiunt.

*Pastorum conuentus eximius. 1380.*

A Anno Domini 1381. frater Ioannes de Castro nouo Aragonensis, qui ex M. sacri palatij factus fuerat episcopus Tullensis, sit a Clemente 7. in schismate sedente contra Urbanum 6. Cardinalis sub titulo, Quatuor coronatorũ, & postea anno 1392. episcopus Ostiensis, obiit anno Domini 1400.

B Isto eodem tempore claruit frater Bertrandus Thephelicensis ecclesię præsul, & Reuerendissimi Metensis vicarius in spiritualibus. Obit anno 1387.

C Frater Andreas, natione Græcus, Archiepiscopus Colossensis, frater Alexander Hungarus, Archiepiscopus Cræensis, frater Riboldus etiã Hungarus, episcopus Bergomensis, frater Andreas de Vancharinis antistes Mileuitanus, frater Hieronymus, Ariminensis ecclesię Antistes, frater Franciscus patria Ariminensis, Ceruiensis episcopus, frater Iacobus de Alrouitis, episcopus Fesulanus, & frater Vbertinus Florentinus, Pistoriensis ecclesię episcopus, omnes viti iure optimo venerandi. Qui etiam dum extra proprias sedes videntur vagari, aut a suis sedibus expulsis similes, vt illos ad hęc manendum inuitemus merentur.

A  
B. Catharina  
Senensis.

A Nno 1380. obiit Romæ beata Catharina Senensis, Soror ord. fratrum prædicat. virgo & ceteris mirabilis & Deo deuotissima, & à Domino passionis Christi in suis membris fuit expressius consequta, vt pius 2 in ipsius officio indicat, cæs, Vulnerum formam miserata Christi, ex ipsa innumeris miraculis emicuit, & ab eodem 2. fuit postmodum diuarum virginum ascripta catalago.

*Communia.*

A Nno 1394. Auinioni eligitur successor Clementis 7. qui in schismate federat contra Urbanum 6. Benedictus 11. Qui beatum Vincentium Valentinum in suum confessarium elegit. Ex quo apparet, quòd ille habebat, se pro indubitato Christi vicario, aliàs non hominem sanctissimū, sed aliquid virū conscientie profligatæ in confessarium accepisset, nec etiam beatus Vincētius acceptasset hunc munus, nisi eum pro legitimo habuisset. Sicut autem Beatus Vincentius adhæsit successori Clementis 7. Sic & beata Catharina etiam virgo sanctissima adhæsit Urbano 6. Caietanus in opusculo de autoritate Papæ & concilij, cap. 8. tractat quomodo vtraque pars excusabatur; & Siluester verbo lex. q. 13.

B Bonifacius 9. Summus pont. electus concessit ordini nostro, vt possimus recipere quæcumque fuerint nobis legata siue in diuini cultus vsu, siue ad fabricam & ad necessitates quasuis religionis forum supplendas, & quòd illa recipere, & in alio vsu possimus conuertere.

A Ex hæc tempora floruit frater Ioannes Dominici, vir tū multis aliis nominibus clarissimus, & illustrium virorum ord. sede dignissimus, tum etiam quòd vnus fuit religionis nostræ in Italia collapsæ ex instauratoribus, & quia conuentum nostri ord. Fesulanum (per pauca milliaria distat à Florentia) à primis fundamentis extruxit, & Venetiis fundauit alium sub titulo corporis Christi pro monialibus, & in præfato conuentu Fesulano existens prior fratrem Antoninum, qui postmodum fuit Archiepiscopus Florent. suscepit ad ordinem. Apostolorum ergo ord. classem: quis amplius, quàm his venerandus pater cohonestare aut æquius sibi vindicare poterit?

B Circa eadem tempora claruit Venetiis frater Thomas de Senis, qui ibi de pœnitentia D. Dominici conuentum sororum fundauit, & hunc ordinem habitus de pœnitentia D. Dominici per se dem apostolicam & approbari, & multis gratiis decorari curauit. Quamobrem & ipse inter nostri ord. Apostolicos viros confessum meretur.

C Cùm prædicto fratre Ioanne Dominici strenuè collaborarunt in religione instauranda in Italia frater Ioannes Massius Florentinus, frater Laurentius Pisanus, frater Andreas Duerius, frater Bartholomæus Lapatius, & frater Ioannes Pistor. Quos propterea omnes ad similitudinem Apostolorum Christi, Apostolos ordinis nuncupatos hæc sede locamus, & fratrem Conradū eo quòd in Alemania etiam pro instauranda religione multa iussit & fecit.

*Prophetarum sedes. 1390.*

**A** **F**ratet Nicolaus Rauennas, viri agnæ pfecti-  
tionis, qui & in patientia, ieiuniis multis, & a-  
liarum virtutum exercitio animã suam possidemus  
meruit à Deo non solum miraculorum gratia de-  
corari, sed etiam futurorum esse prænunciator  
certissimus, claret.

*Euangelistarum acies pulchra. 1390.*

**A** **F**rater Ioannes Dominici paulò antè à nobis in  
apostol. ord classe locatus, quod & doctorum  
gremio adiungi debeat, nostra biblioth. ordinis  
monstrat. Porrò quod euangelistes fuerit excellen-  
tissimus, & ætate sua vix illi secundus, eque magna  
doctrina facundia, & in dicendo gratia, tum alio-  
rũ scriptis, tum etiam D. Antonini testimonio cõ-  
probatur. Vbi etiam refert, quod plura cõcionum  
volumina ediderit, & in pluribus Italiæ ciuitati-  
bus præcipuis summo cum omnium applausu cõ-  
cionatus fuerit. & in vna quadragesima tota Flo-  
rentiæ conciones habuit in cathedrali ecclesia be-  
nas in die, omnes regulas iuris quæ habentur lib.  
6. decretal. vnain manè, & alteram à prandio pro-  
ponendo cù themate euangelij summa cum om-  
nium admiratione: author est D. Antoninus, 3. p.  
hist. titu. 23. cap. 11.

*Doctorum sedes. 1390.*

**A** **F**rater Bartholomæus Ferrariensis, frater Bernar-  
dus de Frâchoue, frater Guilelmus de Kaiorho,  
frater Henricus de Ferraria, frater Nicolaus A-

merichus, & frater Robertus Hublethom Anglus:  
sunt qui hanc doctorum classem ita instruunt &  
speciosam reddunt, vt etiam multis aliis multo co-  
pioribus comparata non vereatur comparere.

*Pastorum copia. 1390.*

**C**irca annũ 1397. beatus Vincentius Valentinus **A**  
à graui admodum infirmitate qua tenebatur,  
miraculosè à Christo sanatus, Benedicti 13. (cui e-  
rat à sacris confessionibus) curiam decreuit relin-  
quere, & per omnes mudi partes Christum annũ-  
ciaturus discurrere. Id dũ Benedictus 13. percepit,  
vt impediat, quominus ille curiã relinquat, ei Car-  
dinalitiæ dignitatis galerũ obtulit. Sed ille in imo  
humilitatis fundatus, non minori id constantia re-  
nuit quã antea episcopatus illè densẽ & Valenti-  
nũ recusarat. Author huius est in vita D. Vincentij  
quã conscripsit Hispanicè frater Iustianus cap. 5.

**B** Frater Laurentius Parmensis, patriarcha Gra-  
denfis, frater Nicolaus in insula Sardinia Archie-  
piscopus, frater Stephanus Archiãtistes Treuanus,  
& frater Iacobus Tudertinae ecclesiæ præsul, viri  
omnes omni grauitate morum ornat & pastores  
venerãdi, cùm temporũ iniuria propriis orbatu se-  
dibus videãtur, cur nõ hie excipietur à nobis: Mo-  
destè etenim eos postmodũ accepturos nõ ambi-  
go, si eos ab his ad alias oporteat commigrare.

**C** Nec melioris conditionis esse videtur frater Rai-  
mundus de Corsabino, qui ex M sacri palatij fuit  
factus Maioricensis ecclesiæ præsul, frater Franci-  
scus Ferrariensis. Comaclensis antistes ecclesiæ, &  
frater Bartholomæus Medices, eiusdem nunc pro-  
ximè dictæ episcopos, idèd tanquam hospites saltè

plurimum obseruandos, quia oues Domini  
scendas susceperunt, hic locabimus interdum.

Beatorum castra. 1390.

**A**  
B. Robertus.

Anno 1303 obiit Venetiis in cōuentu nostro  
Dominici frater Robertus Neapolitanus, vir  
rectus & vitæ sanctimonia insignis. Qui etiam ad  
huc viuens miraculis claruit, & tertio anno post  
eius obitū. sepulchro aperto fuit eius corpus totū  
ferè integrum repertū & incorruptum, et sic  
& aquis immersum.

**B**  
B. Marcolinus.

Anno 1396. frater Marcolinus Forliuieſis, vir  
perfectioris perfectionis, obiit Forliuij, signorum potentia  
virtute cōspiciuus. Qui ibi pro diuo colitur. & etiam  
frater Iacobus Venetus, cuius inter beatos anno  
1370. mentionem feci Hunc tamen Marcolinus  
scribunt alij obiisse anno 1404.

**C**  
B. Hieronymus Fulgians.

Anno 1393 hac vita mortali exēptus, fuit ad  
lestes vocatus epulas, F. Hieronymus Fulgians, vir  
multę sanctitatis, & obiit Venetiis in conuentu no-  
stro S. Ioannis & Pauli, & miraculis post obitum  
coruscavit.

**D**  
B. Nicolaus.

Anno 1198. pridie Non. Nouemb. Venetiis vita  
functus est in conuentu nostro S. Dominici frater  
Nicolaus Rauēnas, vir doctus & sanctus. & spiritus  
futura prædicendi clarus, cuius miraculorum sancti-  
tatem plures visiones attestatę sunt.

**E**  
B. Petrus Lar.

Duos litterarum monumentis proditos lego  
Teutones, quibus est vnum nomen cōmune, scilicet  
Petrus, vnus Lar cognominatur, alius verò cō-  
uentus nostri Basiliensis, qui ambo fuerunt viri  
tę sanctitate eximij, & miraculorum etiam gratia  
clari, & hic postremus etiam viuens miraculis sal-

B. Petrus.

Sed vtrum hac, vel aliqua alia decade sibi lo-  
cum vendicent, non habeo compertum.

Fuerunt etiam aliquot de habitu tertij ord. no-  
stri Virgines sanctissimę, licet & tēporibus diuersis  
& mundi partibus floruerūt, quarū hic meminisse  
iuvabit: & hac illas decade locare, quousque quo  
tēpore vnaquęque earum claruerit, cōsequi valeā.  
Beata Agnes secunda (ad differentiam Agnetis  
de Monte Politiano sic dicta) claruit Senis, & ibi  
moriens sepulta fuit in conuentu nostro S. Domi-  
nici Regio ac speciali ibi deuotione colitur, multis  
miraculis corusca.

In Vrbeuetana ciuitate, duę nostri ord. fuerunt  
sorores sanctissimę, videlicet beata Vana, & beata  
Daniela, quę & in vita & in morte pluribus fulse-  
re miraculis, earum sanctitatem comprobantibus.

In ciuitate Castelli (quę alio nomine Tipherniū  
dicitur) in conuentu nostro sepulta est beata Mar-  
gareta etiam monialis nostri ord quę virtute mi-  
raculorū extitit gloriosa. Eius corpus ibi integrum  
inuisitur, & in multa veneratione habetur.

Florentiæ fuit alia nostri ordinis soror dicta  
Joāna, quam supra modum commendabilem ef-  
fecit & vitę illius sanctitas, & miraculorum gratia,  
qua fultit, singularis.

In ciuitate Pisana fuit nostri ord soror quædam  
nomine Pina, & Venetiis alia dicta Maria, quę am-  
be fuerunt conuersationis sanctissimę, & omniū  
virtutum genere & miraculorum gratia illustres.

In ciuitate Senensi fuit alia soror nostri ord di-  
cta Catharina secunda, quę fuit virgo virtutis exi-  
mię, & sanctimonię singularis, & sepulta est in  
nostro conuentu S. Dominici de Monte Regio,



fuitque illa prioris beatæ Catharinæ Senensis  
sedula imitatrix.

N

B. Brigida.

In Hollandia claruit etiam beata Brigida, sanctimonia nõ ab similibus illi cuius historiographiam passim meminere. Huic Virgini pro nobis Christus affixus Dominus Iesus apparuisse proditur, & vixit etiam beatæ Catharinæ Senensi, & Verobani B. Ioannę etiam nostri ord. Virgini sanctissimę fratri Gualtero etiam nostri ord. suę passionis crucę plagas impressisse fertur.

Communia.

1400.

A

Indulgentias cõcedit summus pör. porri gentibus adiutrices manus pro capitulo.

Visitantibus ecclesiã conuentus nostri in quo capitulum sit indulgentiã maximã conceduntur.

B

Prælati nostri ord. possunt absoluerẽ fratres nostros etiam enormiter læserint aliquem.

**B**onifacius 9. Summus pontif. omnibus Christi fidelibus qui manus adiutrices porrigerent ad celebrationẽ capituli prouincialis eiusdem ord. ecclesiã illius conuentus, vbi celebrari conuenit capitulũ, visitauerint, singulis diebus illius ord. du quo capitulum durauerit, cõcessit illam indulgentiã & peccatorum remissionem, quam visitantes ecclesiã beatæ Marię de Portiuncula, vel (quod idẽ est) de Angelis extra muros Assysij prima & secunda die Augusti consequuntur. Et quod ad hoc præfides capituli quatuor fratres possint deputare (Ordinarij etiã licentia minimẽ requisita) qui durãte capitulo eorũ possint cõfessiones audire, &c.

Idem summus pontif. concessit M. generali ord. prioribus, & eorum vicariis, vt fratres subditos ab excommunicatione quam incurrerint ob manus violentas in clericum etiam ad enormem læsionem & sanguinis effusionem perueniant, absoluerẽ, & cum eis super irregularitatibus dispensare, &c. & quod iidem patres M. ord. priores, & eorum vicarij gerentes, si quando hiscegeant, à suis confessionarijs

quos elegerint, ab eisdem sententiis absolui, & in irregularit. dispensari valeant.

Idem summus pont. M. ord. & prioribus omnem potestatem concessit super monasteria monialium, reformandi scilicet, & absoluendi ab officiis, &c. & quod in correctiones fratrum non teneantur sequi apices iuris, &c. sed cõsuetudines approbatas & statuta ord. Tulit etiam sententiã excommunicationis lætę sententię in eos qui violentiam aliquã locis nostris inferũt, & in eos qui monasteria monialium nostri ord. nisi in casibus in constitut. permisis, & sine licentia M. ord. ingrediuntur, & quod ab hoc absolui nequeant, nisi per sedem apostol. vel, &c.

Declarauit etiã, quod habentes à sede Apost. generalem licentiam audiendi confessiones quorũcumque, & à quibusuis casibus absoluedi nõ propterea possunt excipere confessiones fratrum nostrorũ, Nec nos ad alios ordines, vel illi ad nostrũ transire. & quod nullus frater, aut soror ord. nostri aliu audeat conuenire coram iudice qui non sit de dicto ord. nec à correctione ab aliquo prælato seu fratre ord. appellare, aut corã eis querelas deponere, nisi prius coram prouinciali, seu conuentuali priore, seu magistro ordinis causam & querelam suam verbo, vel scripto proposuerit.

Statuit idem summus pör. vt inquisitores nostri contra fratres minores, & vice versa illi contra nostros nequeant procedere, nisi prius habita licentia M. ord. vel prouincialis, sed si quid prauineffe deprehenderit, vel ad sedem apostolicam referat, vel ad eorum superiores. Et quod nulli de ordine mendicantium prope nostras ecclesias, vel

Excommunicationem incurrunt qui violentiam locis nostris inferũt, & qui monasteria monialia nostra intrant.

D

Confessione fratrum ord. non possunt excipere qui non sunt de ordine.

E

Statuit summus pont. ne nostri ord. inquisitores contra minores nec vice versa illi contra nos procedat

oratoria infra spacium 140. annorum alias quibusdam annos etiam ordinis sancti Basilij, & alios qui dicuntur vniti Generali M. ord. in totum subiecit, & quod procuratorem ordinis in R. curia instituere posset M. ord. &c.

**F** Anno 1404. electus fuit summus pontifex Innocentius 7. qui regulam fratrum & sororum de penitentia B. Dominici approbavit, & ordinem ipsam nonnullis gratis cohonestavit, id procurante fratre Thoma de Senis. Cōcessit etiam fratribus nostri ord. itinerantibus de superiorum licentia, si in ordine non possint habere aliquem presbyterum idoneum, & discretum, quemcumque etiam religiosum, vel sæcularē, eligere valeant in confessorem, qui eorum possit cōfessiones audire, & eos absolueri, nisi talia forent (peccata scilicet) propter quæ apostolica sedes foret merito consulenda

**G** Item summus pontifex Innocentius 7. concessit Magistro ord. & prioribus prouincialibus, vt quādo Moniales aliquę nostri ordinis excessus aliquos graues & enormes committerent, propter quos essent grauius puniendæ, sed id non audent facere, quoniam ipsis monialibus proteruientibus & induratis earum consanguineorum & amicorum perhorrescunt potentiam, vt ipsas locorum ordinariis renuncient, qui eas puniant, &c.

*Apostolorum ordinis classis. 1400.*

**H**is temporibus claruerunt frater Thomas de Senis, & frater Nicolaus Parmensis, viri regularis obseruantię custodes magni, & religionis nostræ in Italia collapsæ restauratores valde strenui

quos propterea iure optimo Apostolatus ordinis titulo possumus & decorare debemus.

*Prophetarum ordo 1400.*

*Euangelistarum sedes 1400.*

**A** Clari nominis habetur frater Leonardus Eustachius Florentinus, generalis M. ord. nostri, & prænominatus frater Thomas de Senis, & sacri verbi oratores reputantur egregij, seduli, & fructuosi.

**B** Per hæc tempora celebratissimus fuit frater Vincentius Valentinus, verbi Dei præco fructuosissimus & feruentissimus, ac post Apostolorum tempora vnus ex præcipuis quos habuit ecclesia Dei, qui innumera tum Iudæorum, tum aliorum infidelium millia, & nomine tenus Christianorum suis feruentissimis concionibus ad rectam fidem traxit normam. In illius vita quam conscripsit Hispanicè eruditus pater & Reipublicæ Christianę iuuantæ cupidus, Frater Vincentius Iustinianus, cap. 28. refert, quod ipso concionante aliquando vltra centum doctores & promoti alij in Theologia, & in aliis facultatibus cum innumera alia populi multitudine habitu pœnitentium assumpto sese cum cæteris in processione deuota flagellabant austerè.

**C** Duos habuit inter alios D. Vincentius discipulos, viros & sanctitate & diuini verbi gratia singulari præditos, qui etiam suum magistrum imitantes sedulo, latratus assiduos & feridos pro Christi quibus emiserunt. Vni nomen erat, frater Io-

frius Blaues, alteri autem frater Petrus Serdani  
Eodem tempore claruit, puto, frater Donatus  
de sancto Miniato, natione Etruscus, & sacra  
dei præco singularis.

*Doctorum Corona conspicua 1400.*

**A** **H**anc decadem & classem & etiam viciniam  
Hexornat mirificè sua sanctissima vita & con-  
ditione præclara frater Vincentius Valentinus, &  
spectabiles viri & insigniter docti frater Ioannes  
Dominici Florentinus, frater Antoninus de Bo-  
nonia, frater Antonius de Azaro Parmensis, frater  
Bartholomæus Dominici Senensis, frater Franci-  
scus Retha, frater Hermanus Zitharus Colonien-  
& frater Thomas Firmanus, quos omnes multa  
veneratione non desinet profèqui qui eorum op-  
era lib. 2. à nobis designata perlegerit.

*Pastorum conuentus eximius 1400.*

**A** **F**rater Ioannes Dominici Florentinus, vir elo-  
quentia pariter & doctrina singularis, sic pri-  
mò Ragulinæ ecclesiæ archiepiscopus, & postmo-  
dum à Gregorio 12. creatur Cardinalis sub titulo  
S. Sixti, anno 1403. aut circiter. Obiit autem Buda  
cùm missus fuisset à summo pontifice ad impera-  
torem legatus, & requiescit in conuentu S. Pauli  
Heremita.

**B** Hoc eodem tempore claruit frater Iacobus Ari-  
gonius, qui ex M. sacri palatij assumptus, factus  
fuit Laudensis ecclesiæ præsul. Nec indignum est  
obseruare, quòd huius patria Lauda erat, & ipsi

ibidem infimis ortus parentibus futuriæ artem  
discibat. Accidit autem, vt cum conferuo aliquan-  
do rixatus, eum percussisset, & timore correptus  
aufugerit, & post alia tandem religionis nostræ ha-  
bitum suscepit, in qua profecit tantoperè, vt in vi-  
rum euaderet clarissimum, & fieret demùm ab A-  
lexandro 5. Laudensis ecclesiæ episcopus, & susce-  
ptum pastoralis curæ officium administrauerit  
quàm dignissimè.

**C** Frater Bartholomæus Florentinus episcopus  
Coronensis. Theologus & concionator mirus &  
ingeniosus, & pastor optimus claret, verbis & mo-  
ribus suas oues pascens. Aliqui ad annum 1460.  
quendam referunt Bartholomæum, &c. sed alius  
erit ab isto.

**D** Ex illa magna turba & confusa multitudine pa-  
storum, cuius nuper meminimus, decisi prodeunt  
frater Franciscus ex oppido S. Gregorij, (territori-  
um est vrbis Bononiensis) episcopus Salubriensis,  
& frater Aloisius, vel Ludouicus Bergomensis eius-  
dem ecclesiæ præsul, frater Saluus, episcopus Re-  
canatensis, frater Gregorius Florentinus Fauenti-  
næ Antistes ecclesiæ, & frater Arnulphus, episco-  
pus de Lumana, omnes pro sua reuerentia hic  
hospitio excipiamus. Si verò aliquibus displicet,  
quòd forsan extra propria vagantur loca, is ipsis ea  
assignet propria, vt sic possint aliena dimittere.

*Beatorum sedes.*

*Communia*

*1400.*

**A** **H**uius decadis tempore celebratum fuit con-  
cilium Generale Constantiense, duas potissi-

mum ob causas, vna erat ad tollendum schisma quod erat in ecclesia satis graue: altera ad extinguendum Hussitarum hæreses, quæ iam ab annis aliquot in tota Bohemia mirum in modum excreuerant. Quo ad primum, strenuè laborauit ac plurimum iuuit sua doctrina, prudentia, facundia, & probitate præfatus frater Ioannes Dominici Cardinalis, qui idem cum multis nostri instituti patribus grauissimis etiam in secundo strenuam nauarunt operam. Nec est abs re, meminisse, quod Ioannes Coclæus scribit lib. 4. de historia Hussitarum, quod quia fratres ord. prædicatorum, qui per solitam D. Thom. doctrinam hæreticis acerrimè solent resistere, præ ceteris inuisi erant Hussitis, in illorum monasteria primitus irruerunt, & impetum fecere. Hæc ille.

B

Anno 1410. mortuo absque liberis Martino Aragoniæ & Siciliæ rege, complures motus, & tumultus nõ parui in Aragonia in surrexere, etiam vsque ad cædes non paucas, ius illius regni ambientibus multis, quibusdam ex populo vni, quibusdam vero alteri regnum fauentibus. Placuit tandem vniuersis omnibus qui regnum ambibant, nouem grauissimis viris ex regno Aragoniæ, Valentia, & Cathalonie deligendis totum negotium committere integrum discutendum & terminandum, vt cui ipsi (præmissa rationum examine quæ pro cuiusque facerent iure, & debito earundem libramus) regna decernerent, rex ille esset & haberetur. Inter alios autem viros clarissimos, quorum nõnulli erant episcopi dignitate insigniti, delectus fuit & vnus ex illis frater Vincentius Valentinus ord. prædicatorum, qui eo tempore & vitæ sanctimonia & præ-

B. Vincentius diligitur vt ille cum aliis iudicent ad quem pertinet Aragoniæ regnum.

rationis munere habebatur celebratissimus, & etiam miraculis clarus. Postquam ergo, prædicti nouem delecti in vnam domum inclusi fuerunt nemini communicantes, & inter se negotium diligenter examinerunt, & illo plene discussio & librato, facta est solennis totius populi conuocatio, & etiam competitorum qui regna ambibant, & tunc prædictus frater Vincētius Dominicanus orationem instituit ad populum loco & tempori accommodatam & tunc animis omnium astantium præsentibus & nimium sollicitis de omnium deputatorum suffragiis, declarauit Aragoniæ & Siciliæ regem Ferdinandum regis Castiliæ secundò genitum, tanquam propinquiorem Aragoniæ stirpi ex linea transuersali. Quam sententiam sic à viro sancto prolaram cunctus populus & etiam competitorum aliqui maxime ad id commoti ab autoritate viri sanctissimi Vincentij tanquam cælitus missam acceptarunt. & ita postmodum fuit ille apud Casaraugustā coronatus rex. Comes tamen Vergellensis vnus ex competitoribus ægerimè tulit talem sententiam, & semel virum Dei B. Vincentium iniuriis impetiuit, eum hypocritam vocans, & quod illi suum ius abstulerat regni, conquerendo, &c. Sed dum beatus Vincentius illum corripuit, & peccata aliquot quæ ille commiserat secretò illi impropert, respuit, & pœnitentiam egit. Non desunt tamen qui scribant illos iudices corruptos fuisse pecuniis & promissis à rege Castelle, vt illius filio regnum fauerent, & quod illi apparentibus rationibus in suam sententiam beatum Vincentium traxere.

Circa annum 1415. cum Benedictus 13. nimium

pertinax foret in suo pseudopapatu, & nulla ratione adduci posset à beato Vincentio, vt pro ecclesiæ bono illi cederet, prout patres concilij Constant. obnixè ab eo petebant, beatus Vincentius rem fecit æterna memoria dignam. Nam seruo magno docuit, quòd licet forsàn Benedictus 13. in aliquod prætereundum posset in papatum, tenebatur tamen pro ecclesiæ bono illi cedere, & deinceps semper in illius duritiem inuectus est, docendo quòd illi nullatenus iam foret obediendum. Vnde tam in regno Aragoniæ, quàm Castellæ ob eius prædicationes fuit Benedicto à multis obedientia subtracta. Huius rei meminit in suis operibus Gerson Cancellarius Parisiensis.

**D** Anno Domini 1415. aut circiter, electus, fuit summus pontifex, Martinus 5. cuius tempore fuit quidam frater Manfredus Vercellensis in ordine prædicat. vir doctus & religiosæ vitæ, & probatissimæ. Qui in Longobardia magno spiritus seruore prædicans populis Antichristi aduentum tanquam iam proximè instātem, significabat aliquibus scripturis præsertim ex Apocalypsi inductis suffulcus. Et tam terribili timore omnes concutiebantur, audiendo quæ foret ipse patraturus in terra, quòd vnus & alterius sexus personæ, iuuenes, & senes in magno numero sæculo valefacientes, habitum tertij ordinis seu de Pœnitentia D. Dominici sub eo receperunt: & fuisse trecentæ fœmina, & vitcentum qui habitum tunc susceperunt memorantur. Hi omnes in communi vivebant, & viri à fœminis sequestrati, & labore manuum suarum victum acquirebant laborantes, residuum tempus quod à diuinis laudibus decantatis supererat, in labore

Multitudo maxima Itatorum piiorum conuenit & Romam pergit.

confumentes. Frequenter confitebantur & communicabant, & in magna charitate & sancta conuersatione vitæ debebant, eundem præfatū Manfredum pro suo patre spirituali habentes. Qui eos omnes in multa austeritate vitæ regebat. Martinus 5. summus Pont. diligenter admodum fecit inquiri tam super eodem Manfredo, quàm super horum omnium congregatione, & nihil in eis fuit inuentum reprehensione dignum. Illi autem omnes primò Bononiam, inde Florentiam, & inde Romam ierunt, semper honestissimam vitæ cōuersationem seruantes: & licet Martinus 5. vt eorum omnium congregationem dissolueret, cunctis præcepit, ne vllas in eos elemosynas erogarent, vt sic cogeret ad propria redire, tamen nihil proderat, cunctis in vniuersum illis fauentibus. Eorū maior pars breui obdormiuit in domino Romæ. Remanentes in magna angustia vitæ debebant, & complures nimium à dæmone bonorum omnium osore maximo vexabantur: & aliquibus iunioribus apparebant spiritus in vestibus albis, vel spiritus bonos designantes, vel malos, transfigurantes se in angelos lucis, D. Antoninus 3. p. hist. tit. 22. cap. 7. SS. 8.

**E** Circa annum Domini 1416. cū inter patres concilij Constant. non bene conueniret super aliquot articulis, Cardinalem S. Angeli qui vocabatur Petrus Annibaldus in Burgundiam (vbi tunc erat beatus Vincentius) miserunt legatum ad illū, vt quid circa illos ipse sentiret, exploraret. Extant etiam litteræ Cardinalis Petri de Aliaco, & Gersonis Cancellarij Parisiensis ad B. Vincentium, quibus illi gratias agunt, quòd tot labores pro Dei ec-

Patres concilij Constant. Cardinalem vnum mittunt legatum ad B. Vincentium.

clesia suscipere, & quod populum subtraxerat obedientia Benedicti 13. & tam impensè laborat pro schismate ab ecclesia tollendo. Videatur hoc Gerson, p. p. tract. 22.

**F** Circa annum 1416. vnitus fuit iterum ordo in vno generali fratre Leonardo Eustachio Florentino. Nam ab anno 1380. vsque ad illud tempus fuerat diuisus, vno generali cum prouincijs aliquot vni, & altero cum alijs prouincijs alteri ponantur adherentibus.

**G** Eodem tempore prouincia Hispaniæ diuisa fuit in prouinciam Portugalliæ, & D. Iacobi prouincia quoque Siciliæ subsecata fuit in prouinciam regni Siciliæ, & Trinacrię, & huic diuisioni prouinciarum causam præbuisse arbitror schisma quod præcesserat, quia in illo Portugallenses Urbano de illius successoribus semper adhæserant, Hispaniæ verò partes Clementi 7. Ideò membris ita diuisis sub vno prouinciali Hispaniæ, consideratum fuit, opportunissimam fore talem prouincię diuisionem, & idem fuit forsitan motiuum in alijs partibus.

**H** Anno 1417. electus fuit Martinus 5. summus Pont. qui statuit, vt quicunque promouerentur in Theologia, pro non promotis haberentur, nisi sufficientes sint & idonei, &c. Concessit quoque, vt Generalis M. ord. in quolibet capitulo generali vnum creare possit magistrum in Theologia, qui in ord. & extra, omnibus ita priuilegijs gaudeat quales fuisset Parisiis promotus, & etiam vt procurator ord. in Rom. curia instituere possit, & tam ipsum, quam etiam quosuis alios in dignitate constitutos in ordine etiam per sedem apostolicam amouere

FRATRV ORD. PRÆDIC. 225  
valeat ab officijs, &c. & legitimare in nostro ord. ad quosuis gradus & dignitates illegitimè natos, & ad sacros ord. promotos ante legitimam ætatem habitare, & cum illis dispensare.

M. ord. potest habitare eos fratres, qui sunt promoti ad ordines ante legitimam ætatem.

*Apostolorum ordinis sedes.*

**F** Rater Cōrardus de Grossis ex Prussia oriundus vir vitę cōmendabilis claret, qui est cōcionator optimus, & præcipuus in Germania nostri ordinis, institutionum & cæremoniarum instaurator, & propterea multa perpeffus est: & ideò apostolorum ord. collegio ritè annumerabitur. Obiit autem ille anno 1426.

Per hæc etiã tempora eximij nominis fuit in Portugallia frater Vincentius M. in Theologia, vir scientia & moribus excellens, & vitiorum hostis acerrimus, & cunctarum hæreseon, extirpator maximus. Qui primus fundator fuit conuentus monialium nostri ord. de Salvatore, siti in ciuitate Olisiponensi, & etiam cōuentus nostri de Benefiqua, qui ab Olisibona milliario distat. Quĩdni ergo illũ apostolorum ord. nostri collegio annumerabimus.

*Prophetarum sedes 1410.*

**F** Rater Vincentius Valentinus, vnicum totius sanctitatis specimẽ singulare & eximium, claret, & multa quæ sunt procul, fatuit certissimè.

*Doctorum confessus.*

**C** Olonia Agrippina profert fratrem Iacobum de Suzatho Teutonicum, cui frater Leonat.

us de Florentia adactus, binarium efficit petrum & absolutum.

*Pastorum conuentus 1410.*

**A** **F** Rater Dominicus de Torralua, vir magni nominis, & suarum ouium salutis zelotissimus, Archiepiscopus creatus Tolosanus, ut ouibus suis aliquid impertiatur spirituale, beatum Vincentium virum sanctissimum & apostolicum summo desiderio ab omnibus expectatum in suam diocesim vocauit, & in suo palatio excepit hospitio. Quoties ipse mirum in modum exultabat, tum audientem videns, quanta & quam mirabilia dominus per suum sanctissimum confessorem operabatur, & quam subita mutatio dexterę excelsum appareret in omnibus, ipso concionante.

**B** Frater Theodoricus de Fauentia, eiusdem Pauenstinę, vel Cezenensis ecclesię presul, & frater Petrus Placentinus, Bouensis episcopus, presbiteri facti, vagantibus similes, si illis hospitalitatis obliuiscuntur, quia prestare non grauemur, dum quis eos de illis locis capere debeat, non constat.

*Beatorum felix & sacer conuentus 1410.*

**A** **P** ER hæc tempora dum semel B. Vincētius Illerdensis predicaret, incidit mentio sanctitatis cuiusdam sui magister frater Thomas Carnicerius, quod sonat idem quod Lanio, presbiterus fuerat, & inter alia ipsius encomia id addidit, quod licet iam elapsi essent 40. aut circiter, anni, quod ille obierat: tamen illius adhuc sacrum corpus integrum perseuerabat

B. Thomas Lanio.

& designando locum quo fuerat corpus reconditum, mandauit illud inde extrahi, & in altiore locum transferri. Vnde adhuc hodie corpus istud sacrum integrum inuistur in conuentu illo nostro Illerdensi in Capella de Rosario beatę Virginis, in prouincia Aragonię. At solum caput in illo desideratur, quod veluti thesaurum non modicum & pro reliquiis sacris habere petiit quędam regina Aragonię. Id testatur in vita D. Vincentij, cap. 11. frater Vincentius Iustinianus.

Anno 1418. migravit ad Christum religionis nostre illud præclarissimum decus, frater Vincentius Valentinus, vir sanctitate mirabilis, verbi Dei præconferuentissimus, qui & Prophetię & linguarum doctor, & miraculorum virtute etiam dum viueret fulsit, & fuit postmodum à Calixto 3. inter diuos confessores relatus.

**B**  
B. Vincētius  
Valentinus.

Obiit eodẽ anno in Hungaria Budę, dum eadẽ fuisset missus legatus à summo Pontifice ad Sigismundum imperatorem, frater Ioannes Dominici, Ragusię ecclesię Archiepiscopus & Cardinalis. Vbi etiam miraculis claruisse scribit D. Antoninus 3. p. hist. tit. 23. cap. 11. & frater Ioannes de Cruce in suo Chron. lib. 4. cap. 17. At verò, quod huius sacrum corpus in Basilea minori reconditum seruetur, apud Munst. lego, lib. 3. cap. 94.

**C**  
B. Ioannes  
Dominici.

Non abs re fore arbitror, hic meminisse cuiusdam viri sanctissimi, qui in prouincię Aragonię Illerdensi conuentu nostro reconditus est, & tanquam beatus habetur, ut etiam predictus frater Thomas Lanio, qui vocatur Petrus Caralt: & creditur à nonnullis fuisse beati Vincentij discipulus. Vir. fuisse

**D**  
B. Petrus  
Caralt.

fertur miræ sanctitatis, orationi & contemplationi deditissimus. Cui propterea inuidens dæmon miris modis illum aggrediententabat, vt ab illo auocaret, & vt territaret saltem, quia vt nocere diuina non permittebat maiestas. Et apud seniores illius conuentus fama est quasi à prædecessoribus per traditionem accepta, quòd eum in oratione persistètem, interea dæmones in altum subuabant, & quasi pila cum eo luderent, ab vna in aliam partem proiiciebant: domino tamen illum custodiente, nec permittète, vt allideretur ad solium qui tamen semper manebat imperterritus, velut alter Antonius abbas in eremo etiam flagellatus. In eodè conuentu, etiam aliquorum relatu didici, quòd dum alter prædictorum beatorum capitulum teneret fratribus, quia conuentus curam habebat, dæmon in specie asini pedes ligatos habens ante ostium capituli cõparuit. Quem vir Dei discretionis spiritu dono à Deo dotatus, cognoscens, solui iussit, & catenam collo apponi, & in seruitiis conuentus ad rēpus aliquod occupari, vt in portando aquam, ligna, & similia, prout etiam legitur in vita B. Dominici patris nostri, quòd dæmon tenuit candelam, &c. & de beato Gilio siue Egidio Portugallensi in conuentu Sancterenensi simile quid accidisse proditur.

*Communia*

1420.

**A** Martinus s. summus Pont. ecclesiam Dei gubernat, & singulariter afficitur nostro ord. Vnde concilij generalis quod Senis celebravit, presidentem cõstituit Generalem M. nostri ord. cum tribus viris aliis clarissimis, & satis diu mansit. Flo

FRATRVM ORD. PRÆDIC. 227

rentiæ in conuentu nostro S. Mariæ Niuellæ, Vnū nostri ordinis creauit Cardinalem, & alium misit legatum in Bohemiam & Hungariam.

*Apostolorum ord. chorus præclarus 1410.*

**F**rater Bartholomæus Texerius, qui generalis M. existens, nostri ord Bononiensem reformauit conuentum, & multos alios, nonnullos verò à primis fundamentis erexit, & ordinem per 24. annos prudentissimè rexit: an non ergo de iure Apostolorum ord. classẽ sibi vendicari?

Anno 1423. die 23 Maij prima iacta sunt fundamenta conuentus nostri semper religiosissimi, & nūquam claustraliũ vita dissoluta defœdati S. Mariæ de Misericordia. de Aueiro in prouincia Portugallia: sumptibus serenissimi infantis D. Petri. Quam itè cum potissimùm laborarit frater Nicolaus, non absque magna nota cum hac Apostolorum ord. nostri virorum classe præterire possum.

*Prophetarum sedes 1420.*

**F**rater Cõrardinus de Brixia, vir sanctitate vitæ celebris, & spiritus Prophetici à Deo portione adeptus, nunquid meritò quispiam mirari poterit, si in Prophetarum confessu locum habeat obiit ille anno 1424.

*Euangelistarum acies veneranda 1420.*

**F**rater Bartholomæus Texerius, ex Gallia Narbonensi, qui & anno 1426. factus fuit generalis



M. ord. nostri, cum sit vir doctrina clarus & concionator inclytus & fructuosus, sit in hac classis quantum ductor.

**B** Sed & frater Ioannes Capreoli Tolosanus frater Laurentius de Vlbadinis de Florentia, & frater Laurentius Branchifordius de Placentia, cuius sint verbi diuini disseminatores strenui, & scriptores non contemnendi, hic etiam merito locobuntur.

**C** Celebritate nominis magni habentur hoc tempore frater Henricus de Palatio Astensis, & frater Benedictus de Verona, concionatores graues, & docti, & grati: & viuos viua voce suo tempore, & posteroribus scriptis ad eos transmissis indefinenter iuuant.

**D** In Austria hoc eodem tempore claruit frater Franciscus de Rethza, & Colonia frater Iacobus de Susatho, & verbum Dei indefesse, & cum auditorum fructu non modico praedicant, & conciones suas in posterorum gratiam scripturae commendant.

**E** Sed & frater Petrus Hieremias, natione Siculus, & frater Conrardus de Grossis ex Prussia oriundus, viri ambo vitae commendabilis, & Dei praecones inclyti habentur. Ille totum regnum Siciliae usque ad annum 1444. quo obiisse aliqui produnt, impleuit, hic autem qui & Pœnitentiarius fuit Papae, & Dei euangelistes singularis, suum diligenter obiit munus usque ad annum 1426. quo viuere desit.

*Doctorem carnis insignis 1410.*

**H**ic prius accersitis Dei praecōibus, quos iam annumeravi, illis iungatur frater Benedictus Veronenfis, frater Siluester de Mediolano, frater Benedictus Crinigrandus ex Aragonia, frater Gombaldus de Vligiaz etiam Aragonensis, frater Iacobus Zinidorus de Placentia, & frater Henricus de Palatio Astensis. omnes fuerunt viri graues & docti, quibus & illi quos tunc erudierunt viua voce, & quos nunc suis scriptis erudiunt, debent quamplurimum.

*Pastorum acies veneranda 1420.*

**F**rater Ioannes de Casa noua ex prouincia Aragoniae ex M. sacri palatii assumptus fuit ad episcopatum Bonfanum, & postea inde ad Eluensē translatus, pastoris boni functionem adimplet.

Frater Conrardinus de Brixia, vir religiosissimus, & vitae pauperis quam assumpserat pro Christo, studiosissimus, Cardinalitiam dignitatem quae illi offerebatur, (teste Leand. lib. 5. de viris illustribus) renuit acceptare.

Frater Paulus Pilaster Perusinus, Patriarcha Gradenfis effectus, frater Franciscus Cenetenfis Antistes, & frater Ottonellus episcopus Clugienfis, tanquam viri obseruandi & graues ac duplici honore digni, his sedibus reponantur, quousque de illorum antiquitatis iure constiterit.

*Beatorum felicia castra 1420.*

**A**nno 1424. temporalis huius vitae diem clausit extremum frater Conrardinus de Brixia, vir

regularis vitæ obseruantissimus, qui miraculorum virtute potens effulsit. Postquam multa pro ecclesia fuit perpeffus, obiit Bononiæ.

**B**  
B. Conradus.

Frater Conradus de Perusio, qui etiam pro religione collapsa in Italia multa pertulit, vitæ sanctus est anno Domini 1426. multis miraculis decoratus, quæ illius inculpata vitæ magnum & manifestum perhibent testimonium.

**C**  
B. Vincētius.

Frater quendam Vincētium Portugallum, virum vitæ integerrimum, & vitiorum hostem acerrimum lego, qui & conuentus Monialium nostri ordinis de Saluatore nuncupati Olisibone, & nostri etiam conuentus Benfiquani fundator primus dicitur, & viuens & vitæ sanctus miraculis claruit. Sed cum illius obitus diem ignorem, hîc licet adhuc in viuam agentem collocare suffecerit.

**D**

Tres beati Vincentij Valentini fuisse discipulos in nostro ord. viros etiam vitæ sanctitate conspicuos, & miraculorum gratia claros, post aliquos alios authores litterarum monumentis prodium eiusdem D. Vincentij vita, quam idiomate Hispano conscriptam, & satis copiosam edidit religiosus & eruditus lector Theol. actum in aliis, tum etiam in euoluendis antiquorum annalibus, & monumentis ord. satis diligens frater Vincētius Iustiniæ ex prouincia Aragoniæ.

**A.** Iofrius  
Blaues.

Eorū vnus dicitur fuit frater Iofrius Blaues, alter verò frater Blasius, ambo natione Cathaloni, ambo viri vitæ sanctimonia celebres. Et ille quidē beato Vincentio defuncto, verbo Dei disseminando in regnis Cathalonix, Valentix, & Aragonix institit diligentissimè, & cum magno fidelium fructu. Fuitque tantus & tam deuotus beatissimæ Virginis Mariæ

scûltor, vt illa ( teste Soronio in suo lib. de viris illustribus. ord. ) eum suo colloquio sæpius dignata fuerit. Prædictus verò Blasius cum nobilis foret generis, & satis pinguem haberet præbendam, in Aluerdensi ecclesia, omnibus abdicatis, fuit nostræ religionis factus alumnus: & vitam sanctissimè actam pari sine conclusit. Fuitque sepultus in conuentu nostro Cistrensi. Vtriusque sanctitatem & apud Deum valorem crebra quibus claruere miracula mōstrant. Dum verò quo tempore mortem obierint, incertum habeo; eos hîc collocare sit satis.

B. Blasius.

**E**

B. Petrus  
Cerdanus.

Fuit & alius eiusdem B. Vincentij discipulus, etiā natione Cathalonus, frater Petrus Cerdanus vocatus, feruidus & fructuosus concionator. Qui post cursum huius vitæ religiosissimè peractum mortem obiit in villa quæ dicitur Grauo. In cuius obitu campanæ omnes miraculosè sine vllius ope fuerunt pulsatae, & omnium corda adeo diuinitus commota, & quodammodo impulsæ, vt quietari non possent, nisi sancto corpore prius quæsito sollicitè, & honorifice sepulto. Lux quoque mirabilis locum illum quo sacrū corpus erat, circumquaque obumbravit. Quoniam verò crebra per eum Dominus operabatur miracula, id requirente deuotione fidelium, fuit illud sacrum corpus à loco humili, in quo prius reconditum fuerat, ad altiorem translatum, & anno 1574. iterum ab illo in alium locum motum, id mandate Reuerendissimo & illustrissimo Domino Philippo de Vnias, episcopo Barbastrensi. Omnibus autem eum deuote inuocantibus adest propitius, præsertim debilitantibus, & ibi multa veneratione colitur.

Frater Anselmus (vulgariter dicitur, Santelmo)

**F**  
**B. Anselmus.**  
 nostri ord. vir sanctissimus in Hispania, qui etiam solet esse nauigantium præcipuus fautor, & patrocinari frequenter. Et cum nauæ in multis versantur periculis, & seipos illi supplicat commédant, vident sæpius illum in habitu nobilitatis ordinis, & candelis in manu incensis illis apparere. Sed cum etiam non nouerim quo ille clausus tempore, hîc interea reponatur. Author Manualis quod in lucem edidit quidam nostri ord. paruenus conuentus nostri Hispalensis, huius sancti Anselmi meminit.

**G**  
**B. Lucia.**  
 Eiusdem Manualis author etiam narrat, quod fuit quædam nostræ religionis Soror virgo sanctissima nomine Lucia, quam cum perditè ad amplexum quidam inhonestus iuuenis, quæ fuit ab eo, quod non in illa ipsi magis placeret: quo mirum in modum oculos efferente, ea ad id diuino instinctu commota, illos sibi eruit, & illi in disco transmisit, ut per vulnus carnis proprium, mentis curaret alinum. Oculos sic auulsos dum lubricus iuuenis vidit, totus perterritus doluit de suo ausu temerario, quo ancillam Christi sollicitauerat, & penitentiæ ductus, religionis nostræ habitum suscepit, & oculi eruti miraculosè eidem Virgini fuerunt restituti. Habetur autem illa specialis aduocata contra multorum generum morbos. Huius Virginis etiam putanda esse imago D. Lucie quæ interdum in aliquot ecclesiis inuenitur depicta, oculos habens in suis manibus in orbe positos. Nam quod hoc Lucie Syracusanæ conueniat, miror si apud aliquem illius inueniamur legenda. Cum igitur mihi minime constaret, quo illa tempore obierit hîc interea illius meminisse suffecerit.

Lego etiam factam mentionem quorundam nostri ord. religiosorum. Vna earum dicebatur Anna de Camerino, alia verò Angela de Sancto Severino, & quod fuerint religiosissimæ, & beatæ in Italia reputantur. Sed dum earum ampliorem minime potui habere notitiã, nec quo tempore clauerint consequi, hîc earum meminisse operæ pretium duxi.

**H**  
 Anna de Camerino.  
 B. Angela.

Communia. 1430.

**A**  
 Anno 1431. aut circiter, electus fuit in summum Pontificem Eugenius. 4. qui quod fuerit singulariter ordini nostro affectus, in multis declarauit, tum quia multo tempore mansit Florentiæ in conuentu nostro S. Mariæ Niuellæ, & ibi multas sessiones concilij Florentini celebrauit, tum etiam quod cum tunc temporis fuissent quatuor viri doctrina clari deligendi, qui in concilio illo, in Græcos disputationum congressus haberent, duos ex nostro ordine assumi voluit, scilicet vnum episcopum, & alterum fratrem Joannem, de Monte-Nigro; & is. Ephesinæ ecclesiæ episcopum in disputatione conuicit; tum etiam quod conuentum S. Marci Siluestrinis abstulit, & nostro ordini contulit; tum etiam quia in forma supra modum amplissima & cum omnis generis clausulis ad rem corroborandum magis nostrum ord. personas, & loca exemit, & defendit ab omnibus in quadam bulla copiosissima emissa, &c.

Circa annum 1437. idem Summus pontifex concessit monachis de congregatione S. Iustine qui sunt ordinis D. Benedicti, vt possent ordinari à quo

**B**

Multa con-  
cedit summus  
pont.

236

CHRONICON

malient episcopo, & absque licentia dicec-  
lesias consecrare, &c. & quòd illis diebus quibus  
est accessus ad stationes ecclesiarum in vrbe  
indulgentiis, si quinque altaria sui loci, aut par-  
ia (si tot non habuerint) uisitaerint, & semel  
mum, Miserere mei Deus, pro singulo altari-  
feliciter statu Rom. ecclesie dixerint, eandem in-  
gentiam quam Romæ consequuntur, &c. & e-  
ut ante diem, & usque ad horam 9. inclusiue  
sas queant celebrare, &c.

Ante lucē, &  
vsque ad ho-  
ram nonam  
possint missas  
celebrare cō-  
cedit nōnul-  
lis summus  
pont.

*Apostolorum ord. chorus præclarus. 1430.*

**A** Nno 1437. Rex Castellæ Ioānes primus & s-  
confor, nostro ord. concesserunt ad consti-  
tutionem conuentus locum illum, in quo illis tra-  
poribus illa deuotissima beatæ Virginis imago  
inuenta, qui dicitur Pena Franciæ vulgo (pena de  
Francia) ea in re summè admittentibus fratre Lopo  
de Barrientos episcopo ex nostro ord. assumpta  
qui erat principi D. Henrico à sacris confessioni-  
bus, & illius magister, & fratre Ioanne de Villala-  
ni, ipsius reginæ confessario. Fuitque illius con-  
tus primus prior frater Andreas de Cogolhos. Cui  
ergo hos Reuerendos patres apostolorum ord.  
collegio dignos non censebit vnusquisque?

**B** Ampliores tamen gratias inter prædictos in  
sacrificiis & orationibus referat quisque nostro  
eidem Reuerendissimo episcopo, eo quòd ille e-  
nostro ordini concessit monasterium quoddam  
prope Segobiam sub inuocatione S. Petri Mon-  
sterium quoque Sancti Andreæ situm in Medi-  
campi, etiam ferè collapsum reedificauit, ubi est

FRATRV ORD. PRÆDIC. 237

solenne hospitale construi fecit, & aliud in ciuita-  
Conchensi, eaque dotauit egregiè. In classe ergo  
Apostol. ord. non potest non præcipuum habere  
locum.

Per eadem tempora Ioannes huius nominis  
primus rex Portugalliæ nostro ord. concessit, quod  
habebat in signe palatium per duo milliaria Italica  
aut circiter ab Olisibone, nō procul à loco qui di-  
citur Benfiqua, ut nostri ord. conuentus construe-  
retur ibidem, vnus autem inter alios patres cui hac  
in re plurimum debemus, fuit frater Didacus de  
Belliago. Illi ergo quis erit qui hunc inuideat locū.

*Euangelistarum corona nobilis. 1430.*

**I**nter huius temporis concionatores honorifica  
fiat mentio oportet & fratris Petri Hieremiæ  
Siculi, & fratris Ioannis Nideor. Quorum ille in  
regno Siciliae, hic verò in Teutonia ad eò fuerunt  
celebratissimi, & suis cōcionibus tum doctis, tum  
feruidis, tum etiam vbique acceptissimis, mirabi-  
lem fructum fecerunt, & tantoperè illarum odore  
etiam circumuicinas regiones impleuerunt, ut  
quasi cælo demissos Dei præcones audire anhela-  
rent vniuersi.

**S**ed & frater Leonardus Vrinensis (aliis est Bel-  
lunenensis) & frater Manfredus, qui & ipse fuit hæ-  
reticorum rigidus cefor, & feruidus Catholice fi-  
dei propugnator, viri ambo litteraturæ bonæ, &  
concionatores non obscuri, etiam hoc tempore  
bene de ecclesia Dei promerentur, & messis albe-  
scentis se profitentur operarios strenuos.

**F**rater Thomas ex familia Trentaquatrinorum

ortus, vir tū à multis aliis animi dotibus, tum à facundia & gratia in proponendo Dei voluntatem multum commendandus, clarus habetur. Obiit aliquando fuit ex Bononia Neapolim ab Alphonso seniore Aragoniæ rege concionandi quadraginta annis gratia ascitus, & postea illo recepit quædam scuta aurea in subsidium Bibliothecæ, quæ temporis fuerat nouiter Bononiæ constructa. Obiit anno 1444.

*Doctorum cætus.* 1430.

**A** **D**octrina præstantes, & fama celebres occurrunt ad hæc vexillaria signa doctrinæ multiplicis spiritualibus armis dimicaturi contra quodammodo erroris spiritus, F. Bartholomæus Gibeltrinitarentinus, frater Ioannes de Raguzio, frater Ioannes de Monte-Nigro, frater Ioannes Nider, frater Antonius de Florentia, & frater Thomas Antonij de Senis, viri omnes graues, & licet eorum non sint alii eruditione eminentiores & magis conspicui, tamen omnes viri non infimè docti, quædam in erudiendo multos multa pertulere.

*Pastorum veneranda cæterua.* 1430.

**A** **F**rater Ioannes de Casa-noua Aragonensis, primò ex M. sacri palatii effectus fuerat episcopus Bonfanus, & inde ad Elnensem sedem translatus per Martinum Cardinalium collegio congregatur sub tit. S. Sixti, anno 1430. & ab Eugenio 4. eius successore publicatur. Obiit Florentiæ anno 1436. & sepultus est in conuentu nostro S. Mariæ Niuellæ

Frater Ioannes de Turrecremata, natione Hispanus, vir eminentis doctrinæ anno Domini 1439. ab Eugenio 4. fit Cardinalis sub titulo S. Sixti, & postea à Calixto 3. fuit declaratus Cardinalis Albanus, & à Pio 2. Cardinalis Sabinensis. Obiit Romæ & anno 1468. & sepultus est in conuentu nostro super Mineruam.

Frater Ioannes Raguzinus, vir eruditione eximius, & Patriarcha præclarus, circa annum Domini 1430. disputauit contra Ioannem de Rochezena peruersissimum Hulsitarum dogmatum sectatorem, & doctrinæ Vichlesi obstinatissimū defensorem, vt refert Prateolus Marcosius in suo lib. de vitis, sectis, & dogmatibus hæreticorū, lib. 9. cap. 2.

Frater Matthæus Patriarcha Constantinopolitanus, citatus à Sixto Senensi in sua Bibliotheca sancta, quoniam loco conuenienter à nobis locari poterit. Interea quòd id consequi non datur, hic maneat, vt cum prædicti Raguzini & patriarchæ societate minoris suum fortè exilium faciat.

Frater Petrus Ranzanus, natione Siculus, patria Panormitanus, & frater Henricus etiam Siculus episcopali dignitate fulgens: ille Lucerinæ ecclesiæ Antistes, hic verò episcopus factus quem Ferdinandus rex audita eius fama vocauit Neapolim, vt foret illi à sacris confessionibus. Viri fuerunt insignes, siue gratiam verbi, siue pastoralis regiminis munus in illis requiramus.

Frater Ioannes Theologus præclarus, præficitur Chelmenfi ecclesiæ in Ruscia, quæ ad ditionem regis Poloniæ pertinet; author est Mart. Chroni. lib. 2. de rebus Polon. Fuitque ille Dominici regis custos per uigil.

G

Frater Lupus de Bariensis Hispanus, qui principi D. Henrico à sacris confessionibus, primò factus episcopus Abulensis, postea Segobienensis, & postmodum Conquensis. Fuitque multis adornatus animi virtutibus, & eorum ad Dominici gregis curam spectabant, obseruatissimus.

H

Huius decadis, vel alicuius ex vicinis, tempore fit episcopus Orensis frater Petrus de Silica Hispanus, vir ex illustri Comitum de Cifuentes sanguine ortus. Qui chororum conuentus nostri S. Petri Mart. qui est Toleti construxit. Fuitque illi virtutibus integræ, & pontificio titulo, & munere non minus clarus, quàm clarissimus. Obiit anno 1434. sepultus est in præfato conuentu nostro.

Trium adhuc virorum insignium occurrit hoc loco mentio facienda, qui diuersis temporibus fuerunt eiusdem Comacienfis ecclesiæ pastores peruigiles, & ouilis Dominici custodes indefectos, quos si à nominibus nosse quis cupiat, vni fratris Franciscus Ferrariensis nomen est alteri, frater Franciscus Bononiensis, alteri frater Bartholomæus de Medicis, Tandiu ergo hîc manere sinatur, quousque eorum tempora quibus claruere, detur distinctè cognoscere.

*Beatorum societas optabilis. 1430.*

A.  
B. Petrus Hieronymus.

Anno 1434. (ait Leander) obiit in regno Sicilia in ciuitate Panormitana frater Petrus Hieronymus, qui vitæ fuisse fertur inculpatæ, & miraculose extitisse clarus, & inter beatos haberi. Magis tam adhibendam fidem fore arbitror fratri Thomæ Puzello

zello Siculo, de rebus Siculis scribenti, & inter alia differenti, quòd vixerit hic frater Petrus Hieronymus adhuc anno 1444. quàm Leandro. **A**  
Claret etiam hoc tempore frater Antonius de Florentia, vir sanctitate vitæ eximius, & totius virtutis exemplar singulare. Qui etiam fuit scientiarum promptuarium nobile & refertissimum. **A**

Communia.

1440.

Per hæc tempora Nicolaus Summus pontifex multa priuilegia contulit nostro ord. & a hactenac ante nobis collata confirmauit. Reuocauit etiam statutum Innocentij. 4. quo decreuerat, vt coram archiepiscopi, & locorum ordinariis quibuscunque possent conueniri quicumque exempti quantumque libertate gauderent, vel ratione delicti, vel contractus, vel rei de qua contra ipsos agitur. Multa de his habet in variis bullis quas emisit, ordinans quòd nec per sedis apostolicæ litteras, vel illius legatorum, &c. conueniri possimus, nisi in certis casibus, &c. **A**

Declarauit similiter idem summus pontifex quòd quando in priuilegiis nostri ord. dicitur interdum (salua tamen iustitia earum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur) in omnibus specialiter in ipso priuilegio cauetur, quòd canonica portio minimè exigatur, &c. idem postea declarauit Sixtus 4. & exemptionem nostri ord. quoad omnia sua tam quoad personas, quàm quoad res alias quasuis confirmauit de nouo, &c. **B**

*Apostolorum ord. chorus praeclarus. 1440.*

- A** **F**rater Ioannes de Turre-Cremanta, Hispanus Cardinalium sodalities annumeratus, quia religionem in aliquot nostris conuentibus collapsam instaurauit, & ad id munus aliquot patres ex religiosa Lombardiae prouincia Romam ascit, & claustra conuentus nostri super Mineruam à fundamentis extruxit, & testudinem ecclesiae etiam suis sumptibus construi iussit: ecclesiam quoque D. Pauli Valisoletanæ extrui mandauit, vt Apostolorum ord. classem intret, promeretur haud dubie, & etiam Capellam in eodem nostro conuentu super Mineruam aedificauit, in qua suum corpus tumularetur, cui annexit opus aeterna digni memoria. Nam redditus reliquit ad annuatim tradendum nuptui multam orphanarum copia ex vrbe, modum aliquem confraternitatis instituens, seu praescribens, qui visus fuit conueniens, vt tam praeciarum & pium opus in sua semper integritate permaneret. In hunc finem singulis annis ipse summus pontifex collegio Cardinalium conspiciatur ipso die Annunciationis B. Virginis in nostro conuentu super Mineruam conuenit ad audiendum sacrum, & singulis virginibus istis illo anno nuptui dandis benedictionem impertitur summus pont. & pecuniarum summam praescriptam pro coniugio singulis donat. Sit ergo illius memoria in benedictione Domini, & in multas aeternitates perduret.
- B** Anno Domini 1448 Neapoli fuit nostro ord. donatus conuentus Sancti Spiritus Qui est e regione palatii pro regis, idque scitu & consensu interueniente summi pont. Erat autem conuentus ille Mon-

chorum S. Basilij, & fundatus fuerat anno Domini 1326. Et hi sub D. Augustini regula & fratrum praedicatorum constitutionibus uiuebant. Hanc uero donationem illius conuetus ab illis fratribus procurauit frater Antonius de Rupe de Rolla ord. nostri qui propterea & quoniam caetera quae sunt Apostolici muneris, strenue exercuit, apostolorum nostri ord. meretur catalogo ascribi.

**C** Eiusdem apostolici ord. classem ingredi debent, eamque cohonestare, frater Antoninus Archiepiscopus Florentinus, & F. Guido prior conuentus nostri Aui-nionensis, quoniam regularis vitae fuerunt instauratores strenui & diligentissimi, & nihil illis fuit Christi gloria, & religionis nostrae reformatione antiquior.

**D** Huius etiam decadis tempore fit in regno Neapolitano nostri ord. conuentus Petranus sub titulo S. Mariae de Vineis, & construitur opera cuiusdam uenerandi patris natione Galli, populi pii & deuoti eleemosynis adiuti, illi nomen erat frater N. quem praefati apostolici viri in suum consortium libenter admittant.

*Euangelistarum acies. 1440.*

- A** **F**rater Ioannes à Puteo Bonellus, & frater Nicolaus Carbonellus, concionatores non indoliti, & disertissimi reputati, florent. Hic conuentum nostrum Bononiensem aliquando in multa religionis obseruantia rexit.
- B** Frater Damianus à Finario, & frater Petrus de Maiorica, uiri regularis obseruationis studiosi, & diuini uerbi concionatores uenerandi & egregij clarissimi.
- C** Horum primus obiit Rhegij, anno Domini 1450.
- Frater Guido, & frater Petrus, ambo Galli, & fra-
- q ij

ter Ioannes de Francfordia in Teutonia, & frater  
Benedictus Vrbeuetanus, suis concionibus doctus  
& feruidis multum famulatum Domino præstiti-  
runt. Sed an illi omnes eodem claruerint tempo-  
re, & quoniam, incertum est mihi.

*Doctorem sedes. 1440.*

**A** Frater Antonius Machus Fauétinus, frater Bar-  
tholomæus de Mutina, frater Bernardus de Pa-  
rentinis, frater Guido Ebroicensis, frater Ioannes  
de Pistorio, frater Ioannes Franchfordiensis, & fra-  
ter Laurentius Vbaldinus, omnes litteratura præ-  
stantes, suis scriptis quæ transmiserunt ad postu-  
ros, etiam nunc docent.

*Pastorum conuentus eximius. 1440.*

**A** Frater Nicolaus de Chusa, Brixiensis episcopus,  
& postmodum Cardinalis creatus, quam cele-  
bris famæ fuerit & meritis excellens, pluribus  
exprimitur verbis in Bibliotheca ord. nostri, quam  
huius Chronici nostri librum secundum facio.

**B** Frater Gaspar ex oppido S. Ioannis in Persiceto  
(territorium est Bononiensium) vir & litteris, &  
concionandi gratia eximius, qui & ante ingressum  
ordinis philosophiam fuit publicè professus, & in  
religione factus fuit M. in theologia, & hæretico-  
rum censor Bononiæ, à Nicolao 5. factus est Fo-  
rocorneliensis episcopus.

**C** Frater Matthæus de Bomparris, patria Noua-  
riensis, Mantuanæ ecclesiæ præsul, & frater Domi-  
nicus Forocorneliensis, Flaminius etiam Antistes  
dignissimus, his temporibus non parum deo-  
runt suæ vitæ ornamentis pontificio muneri, per  
se licet amplissimo. Priori quidè anno 1478. obiisse  
scribitur, alterum autem aliqui ad præcedentem  
decadem referunt & in illa vita functum iudicant.  
C  
Cum cerimoniarum curiosus Magister aduene-  
rit & iustus rerum omnium æstimator, fratrem Gal-  
terum Castellanum Antistitem Venetiis, & fratrem  
Franciscum Treuisinum Antistitem Senensem, &  
fratrem Beuenutum episcopum Andriensem, viros  
certè dignissimos qui honorificè excipiantur. à no-  
bis suo ordine recto disponet, & vniciquæ illa-  
rum propriam mansionem assignabit, si hanc illis  
saltem hospitalitatis ergo ad tempus concessam  
non conuenire compererit.  
E  
Idipsum quoque subibit onus in disponendo  
fratrem Surleum, Genuenssem episcopum de Bu-  
gnate, & fratrem Iacobum Placentinum Vintimi-  
liensem Antistitem, viros omni ex parte integerr-  
mos, & pastores præclaros.  
Quendam fratrem Humbertum, natione Gal-  
lum promotum fuisse ad episcopatum Cister-  
censem, & quòd postquam ad tempus aliquod il-  
lum administrauit, illi renūciauit, scribit D. Anto-  
nin. 3. p. hist. tit. 23 cap. 11. SS. 1. sed quo id tempo-  
re contigerit, me nescire liberè profiteor.

*Communia. 1450.*

**A** Nno 1455. Calixtus 3. Summus pont. beatum  
Vincentium Valentinum ord. prædicatorum inter duos  
confessores diuos retulit, generali M. ord. tunc  
existente fratre Martiale, qui fuit 29. in senis gene-  
ralium. Fuit autem hunc probatum, quòd sancti  
q uij

**A**  
**B.** Vincētius  
inter duos  
referatur.



huius meritis & intercessione post illius mortem viginti octo mortui fuerunt à morte ad vitam resuscitati. Er quoniã literarum canonizationis illius requirerentur fuisse expeditæ, idẽ Calixtus obiit. Præsecundus qui post eum pontificatũ tenuit, eas emisit, in quibus refertur quod per 406. testes grauiosimos, & ampliũ, eius sanctitas fuit comprobata.

B

Indulgentiæ conceduntur visitantibus ecclesias D. Vincenzij.

Idem Calixtus 3, omnibus verè pœnitentibus & cõfessis deuotè, & reuerenter ipsius beati Vincenzij Valentini sepulchrum & ecclesias in illius nomine erectas in illius festo annuatim accedentibus, vt eius suffragia petant, septem annos indulgentiarum, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentis annuit.

C

Anno Domini 1458. electus fuit Summus pontifex Pius 2. Qui quoniam religiosi aliqui & nostri & ord. Minorum promoti in aliquibus vniuersitatibus subvmbra priuilegiorum illarum cum excessus aliquos committebant, sese à prælatorum obedientia subtrahebant, ad protectionem & alas Regum & similiarum confugiebant, &c. Mandauit per literas vtriusque ord. prouincialibus, vt omnes tales pro nõ promotis declararent ( nisi testificati) & autoritate apostolica eos gradibus & honoribus quibuscunque exuerent, &c non obstantibus quibusuis priuilegiis, gratiis, & indultiis, &c. quibusuis vniuersitatibus per sedem apostolicam datus.

*Euangelistarum cupia.* 1450.

A

Frater Antonius Alexandrinus, sacræ theologiæ professor, & diuini verbi orator facundissimus hoc tempore clarus habetur, cuius etiam opera in sanctæ Mariæ de Angelis Ferrariæ conuuentibus

Marchione illustrissimo Astensi fuerit nostro ord. collatus procuratorum est.

Frater Stephanus Bandellus Nouocastrensis, & frater Ioachinus, non ille qui aliquando generalatũ ord. obtinuit, sed alius senior, & frater Ioannes de Monte Mediolanensis, viri doctrina & religione clari & diuini verbi concionatores præclari habentur.

*Doctorum classis.*

Frater Ioãnes de Turre-Cremata natione Hispanus, & frater Nicolaus de Chusa Brixientis Antistes prænominatorum in euangelistarum acie consortio comitati hanc doctorum classem non modicè, speciosam & instructam reddent, ad quosuis in re litteraria conflictus.

*Pastorum veneranda cæterua.* 1450.

Frater Ioannes Cattus natione Siculus, patria Messanensis, vir omni disciplinarum genere ornatissim⁹, Belarionis Cardinalis Niceni operam fuit factus primo Alientis abbas, mox Cephalensis episcopus, ac demum Cathanensis ecclesiæ præsul, vt scribit frater Thomas Fazellus lib. 2. de rebus Siculis, dec.

Præsulum omnium Gemma, vt vita & doctrina clarissimus, frater Antoninus Archiepiscopus Florentinus, hæc tempora non parum illustrat.

Frater Vbertinus Florentinus episcopus Pistoriensis, & frater Iacobus Perusinus Narniensis Antistes, & frater Odon Pisanus, episcopus Polanus, omnes viri spectabiles, dum præstolantur ad fores hic pernoctare cupiunt, vel ad tempus aliquod morari; nec est rationi consonum id viris grauissimis denegare.

**D** **S**incerorum quispiam multiter. quod eos omnes vna mansiucula comprehendamus, & quid forsitan ipsi vna esse mensa non potest, non locum ideimadmanendum communis. sine dissensionis periculo, placet illis proximos subiicere, scilicet fratrem Leonardū Romanum episcopū Aquilanū, fr. Mattheum primū episcopum Signinum, postea Comaclensem, ac demum Bononensem, & fratrem N. Lucanum, in Castro episcopum prope Viterbium, viros æque graues, vt sic inter se ipsos soluto fœdere cum istis illud inear, quousque omnium eorum antiquitatis notitia habita, singuli suis locis ritè disponantur.

*Beatorum castra speciosissima.*

**A**  
B. Antonius  
de Ripolis.

**C**irca annum 1450. frater Antoninus de Ripolis (quem D. Antoninus ad religionis habitū suscepserat) dū ex Sicilia ad nauigare Neapolim, captus fuit à Saracenis, ac Tunitium deductus, & primò quidem fidem Christi abnegauit, Mahumeticam sectam amplexatus: sed postmodum audita fama sanctitatis sui magistri, & diuina gratia tactus, pœnitudine ductus de abnegatione fidei quam fecerat, in medium vltro profiliit, se Christianum esse & religiosum acclamans. Et tūc fuit primò lapidibus impetitus, & postea fide Christi igni traditus, & per martyrij palmā supernas sedes conscendit, multisque miraculis claruit, sepultus ibidem in ecclesia, quam Genuēsēs permittebantur habere, nec solum tunc Christianis, sed & Sarracenis ipsis erat quodammodo venerandus.

**B**  
B. Damianus.

Anno 1450. obiit Rhegij frater Damianus Flerariensis concionator excellens, vir sanctus, & miraculorum virtute potens & clarus.

**C**  
Anno 1457. obiit in conuentu nostro Pistoriensi frater Laurentius de Ripa fracta, Pisanus ( oppidū est territorij Pisani) vir sanctitatis eximie, quem miraculis claruisse fama est & scribit B. Antonin. 3. p. hystor. tit. 23. cap. 10. SS. 5.

B. Laurècius.

**D**  
Anno 1458. obiit frater Antoninus ex oppido S. Germani (est positum in territorio vrbis Verceilensis) vir scientia & probitate vitæ conspicuus, & apud Nouicomum Cisalpinæ Gallia ciuitatem compluribus miraculis clarus.

B. Antoninus.

**E**  
Ad hanc etiam decadem referendi videtur duo viri regularis vitæ obseruatores maximi, & opinione sanctitatis valde spectabiles, quorum vnus frater Christophorus Mediolanensis dicitur, alter verò frater Stephanus Bandellus Nouocastrësis. Quorum ille quod post mortem fuerit miraculorum gratia conspicuus, hic verò etiam ante mortem, litteris traditum lego.

B. Christophorus.

B. Stephanus.

**F**  
Virum quendam sanctimonia vitæ clarissimum lego, qui fuit dictus frater Andreas de Pescheria, cuius obitum miracula varia subsecuta sunt, eius vitam sanctissimè actam comprobarunt. Sed dum minimè adhuc potui explorare, quænam decas eū de iure capere debet, hic sino manere consuetò dubitationis signo in margine adnotatum.

B. Andreas.

**G**  
Quendam etiam fratrem Hieronymum Fulginatam per hæc tempora claruisse quidam scripserunt, virum eximie sanctitatis, & signorum virtute fulgidum. Et licet nonnullis rationibus adducatur, vt opiner, vel mihi verisimile appareat, quod is vnus & idem forsitan est cum eo cuius in decade anni 1390. memini inter beatos, tamen aliquot alia rationes, quod alius fortè sit, possunt peti-

B. Hieronymus.

suadere. Ideò dum sic hæreo : sententiam hæc re ferre non cupio.

Communia

1460.

Beata Catharina de venis in cruce cruciatur virgines.

A

**A** Nno 1461. Pius 2. summus Pont. debito premissio examine beatam Catharinam de Senis ord. nostri Monialem sanctissimam catalogo diuarum virginum ascripsit.

Eodem anno, aut circiter, dux Austriae Sigisfridus, fratrem Nicolaum de Chusa S. Romanae ecclesiae Cardinalem ex ord. prædicat. assumptum, custodiæ honestæ tradidit, & ob id fuit à summo pontif. censuris ecclesiasticis innodatus, & ducatu priuatus. Vt author est Matth. Palmerius in suo Chron. quod scripsit Italicè.

C

Quæstio oritur inter tr. Min. & prædicat. de sanguine Christi in Cruce effuso.

Tempore præfati summi Pont. Pij 2. non modica fuit orta quæstio inter nostri ord. & fratrum Minorum religiosos de materia sanguinis Christi, an scilicet diuinitas fuisset separata à sanguine Christi in Cruce effuso, partem negatiuam tuentibus nostris, propter rationes aliquot & patrum testimonia, & quoniam contraria sententia fuerat Barchinonæ in Cathedrali ecclesia mandato Clement. 6. damnata. Minoribus verò partem affirmatiuam asserentibus Et post longam super hac re habitam concertationem ad euitandum contentionis scandalum fuit eunctis silentiam imposedum.

*Apostolorum ord. chorus præclarus 1460.*

A

**A** Nno 1465, aut circiter, ædificari cepit nostri ord. Monialium cōuentus Auerienis, qui dicitur

de Iesu. Cuius causa præcipua & fundatrix fuit quædam religiosissima fœmina nuncupata Beatrix Leitoa. Qui conuentus dum construere-tur, sæpius fuit ædificium mane sequenti auctius inuentum, quàm fuerat præcedenti sero relictum: vt ipsorum artificum qui in illius constructione laborabant, fuit testimonio & iuramento assertum & probatum. Collaborarunt etiam in hac re duo viri grauissimi & eo tẽpore celebratissimi in Portugallia. & causa fuerunt potissima, quòd ille construeretur. Vni eorum nomen erat, frater Ioannes Vimarenensis, qui fuit à sacris confessionibus Serenissimæ infanti D. Ioannæ filia Alphonfi huius nominis 5. regis Portugallia. Alteri nomen erat frater Antonius de S. Maria, & fuit etiam à sacris confessionibus regi Portugallia Alphonso huius nominis 5. & prædicte eis filia D. Ioannæ infanti. Fuit ille etiam conuersatione vitæ Angelicus, per quem Dominus aliqua stupenda operatus fuisse literis mandatum lego in lib. manu scripto qui in eodem conuentu Monialium custoditur. Quidni ergo præfatos duos patres reuerendos de religione nostra multis nominibus etiam aliis benemeritos Apostolorum ordinis collegio ascribendos dixerim?

**B** Ex præfato conuentu Monialium, qui eo tempore habebatur religiosissimus, anno 1513. in Augusto sex Moniales profectæ sunt Sancterenam vt conuentum Monialium nostri ord. ibidem reformarent: & anno 1518. in Septembri mandato Emanuelis regis Portugallia profectæ sunt ex eodem conuentu aliquot alia religiose Olisibonam, vt fundarent ibi conuentum alium qui dicitur, de

Annuntiata. Earum verò præcipua dicebatur Maria de Silua. Et anno 1529. in Maio alia inde assumpta in oppidum de Setuuel, profectæ sunt ad fundandum alterum conuentum monialium noster ord. erectum sub inuocatione S. Ioānis, quem Decissa de Aueiro construi iussit. Est autem ille ut nobilissimis personis refertus, sic quoque regularis obseruantiaæ propositi tenacissimus, & optimè referens religiosissimi præfati conuentus delectationi in religione candorem & obseruantiam regularem.

*Euangelistarum acies 1460.*

- A** Per hæc tempora celebratissimus fuit diuini verbi euangelistes, doctrinae præstantia & inculpatæ vitæ opinione celebris, frater Alanus de Rupione Brito, vir deuotissimus & Rosarij B. Virginis promotor maximus. Obiit anno 1474.
- B** Clarè etiam frater Ioannes de Neapoli, & frater Paulus Bononiensis, frater Stephanus Tarentinus, & frater Nicolaus Spengerius, Teuronæ prouinciæ aliquando moderator strenuus. Qui dum verbum vitæ indefessè & alacriter prædicant, magnam Christi ouium errantium multitudinem ad ipsius ouile reducunt.
- C** Frater Petrus Antonij de Viterbio, qui fuit aliquando procurator ord. in Romana curia, magnus orator, & feruidus Dei præco, frater Ioānes Aquilanus, & frater Hieronymus de Bononia, Bone Deus, quomodo suis concionibus post se cunctum populum trahunt, quasi totus ille vnus foret homo duntaxat.

Frater Alexander Bononiensis Theologus clarus & concionator præstantissimus habetur. Cuius rei abundans testimonium habemus apud Augustinum Dathum Senensem, lib. 2. suarum epistol. 2. In hunc enim modum ad eum scribēs, ait, Certè cùm concionaris, proponis nobis ante oculos in præcipiendo Paulum Magistrum gētium, in instituendo Thomam Aquinatem Christianæ religionis decus, in mouendo vim Demosthenis, in docendo Ciceronis vbertatem, in delectando suauitatem Isocratis: vt nihil pene nec dici, nec excogitari possit aut vtilius, aut iocundius tuis præclarissimis & optimis institutis. Hæc ille.

Apulix regnum non fuit parum illustre nobiliter docti, facundi, & gratiosi concionatoris, fratris Gabriels de Barleta, M in Theologia, præsentia & fama, qui etiam posteros suis concionibus editis nunc iuuat.

Claret etiam hoc tempore frater Ioannes Pistoriensis, & concionator habetur non minùs excellens, quàm excellentissimus. Illius fit mentio in additione quæ habetur apposita, vel adiuncta Vincentio Beluacensi, & dicitur ibi inter alia, quod magno spiritu prædicabat miracula B. Vincentij nostri ord. quod autem dicitur ibidem, quod claruit anno Domini 1440. ad principium temporis quo notus esse cœpit, referendum videtur, quoniam quod anno 1433. obierit, litterarum monumentis mandatum lego, nisi forsan diuersis sit idem nomen commune.

*Doctorum turba 1460.*

**N**on solum Italiam, sed & regiones exteras suæ doctrinae fama & sanctitatis vitæ splendore

magno replet D. Antoninus Archiepiscopus Florentinus.

**B** Frater Baptista ex familia Finariensium, frater Bartholomæus de Senis, & alter cognomento Lapatius, frater Conrardus Astensis, frater Ioannes Annis, frater Ioannes de S. Miniato, frater Raphaël de Prouasio, & frater Thomas Nerius, viri doctrinæ splendore fulgidi, sedes istas mirum in modum exornant.

**C** Frater Gabriel de Barchinona, & frater Iacobus Brixienfis, ambo sacre Theologiæ professores erimij, & hic etiam hæreticæ prauitatis inquisitor, & Magister Vercellinus de Vercellis, qui in quaestione illa exorta inter nostri ordinis & fratrum Minorum religiosos de materia sanguinis Christi, &c. constituti fuerunt ad disputandum coram summo Pont. & primus horum præsertim magnam ibi adeptus est gloriam, omnes tres indefinenter multos erudiere.

*Pastorum insignis confessus 1460.*

**A** Circa annum 1460. frater Henricus Kaltissens, natione Teutonicus, patria Confluentinus, claret Archiepiscopus ecclesiarum Midiosiensis & Cæleriensis, & præcepta à Deo data pastoribus suis per Ezechielem adimpleret sedulo.

**B** Frater Bartholomæus Florentinus episcopus Coronensis, & frater Baptista Finariensis, episcopus Vintimiliensis ecclesiæ, etiam per hæc tempora clari nominis habentur, & pastoralis muneris functioni sollicitè curant facere satis.

**C** Frater Rufinus episcopus Castrensis prope V

terbiam, frater N. Romanus, episcopus Interramentensis, frater Guido episcopus in Corsica, frater Stephanus Romanus, antiites Bilneoregenfis, & frater Masseus cognominatus Vrbeuetanus, episcopus Clugienfis, cum sint vagantibus similes & viri graues, hîc ad tempus aliquod mensuram habeant.

*Communia.*

**A** Anno 1471. eligitur summus pontifex, Sixtus 4. ex ordine fratrum Minorû assumptus. Qui mox omnia & singula priuilegia per suos prædecessores ordini collata approbavit. Priuilegia quoque omnia & gratias quas Pius 2. concesserat fratribus nostris euntibus ad prædicandum Saracenis (sunt autem ista quàm plurima & de nouo recensentur à Sixto 4.) confirmavit, & auxit, &c. Ipse etiam emisit bullam copiosissimam, in qua summatum ferè omnia priuilegia continentur nostri ordinis, & vocatur Mare magnum, in quo præcipua quæ continentur, sunt quæ sequuntur:

**B** In primis, quòd generalis M. ord. mox ut fuerit electus, habeat plenam potestatem super totum ordinem, ut ille possit per definitores capit. generalis à generalatu absolui, ille quoque sine alicuius licentia lectores in conuentibus nostris valeat instituere.

**C** Secundò ut ordinarij non possint se intromittere circa instituta nostri ordinis, &c. & quòd quando sit electio prouincialis, aut prioris cõuentualis, si superior aliqua ratione casset electum. possit illis dare in prouincialem, vel in priorem quem maior

*Sixtus 4. summus Põc. priuilegia multa concessit ordini.*

pars eligentium per litteras petierit. & quòd in de-  
 ctionibus M. ordinis, & prouincialium fratrum  
 ad quos electio pertinet, non currat tempus à  
 constitutum.

D

Tertiò vt nostri ord. fratres ad sacros ordines  
 promouendi ordinari possint à quouis episcopo,  
 & sine examine præuio, & sine vlla promissione  
 vel obligatione ordinandorum, & vt in locis quibus  
 degimus, possimus habere oratorium, & in  
 altari portatili celebrare, & tempore interdicti &  
 in nostris ecclesijs & oratorijs, & in alijs quibus-  
 cumque celebrare diuina, &c.

E

Concedit M. ord. prouincialibus & prioribus  
 conuentual. ac eorum vices gerentibus, vt in locis  
 sibi commissis possint suos fratres & alios eiusdem  
 ord. qui ad illos declinant absoluerè à quibuslibet  
 casibus & censuris, &c. & in irregularitatibus dis-  
 spensare, &c. & ipsi etiam possint à suis confessoribus  
 quos elegerint, hæc beneficia recipere, si in-  
 digeant.

F

Quintò quòd per litteras sedis Apostol. aule-  
 gatorum ipsius non possumus conueniri à quo-  
 quam nec cogi inuiti ad colligendum pecunias vel  
 ad correctionis vel visitationis munus, vel inquisi-  
 tionis officium, vel ad cognitiones causarum, vel  
 cognitiones partium, aut denuntiationes senten-  
 tiarum interdicti & excommunicationum, nec ad  
 recipiendum curam monialium, nec ad visitandum  
 monasteria cuiuscunque ord. &c. & multa alia  
 subiiciuntur ibidem ad quæ nos cogi non posse  
 vllatenus decernit summus Pont.

G

Sextò indulget M. ord. prouincialibus, & eorum  
 vicarijs, vt fratres nostri ordinis extra ordinem

manentes

manentes cū episcopis vel Archiepiscopis, aut qui-  
 busuis alijs etiam de Apostol. sedis licentia reuoca-  
 re possunt ad ordinem, nec illis qui ex nostro ordi-  
 ne ad has dignitates assumuntur, teneantur socios  
 dare, & quòd etiam per sedem Apostolicā depu-  
 tatos ad prædicandum Crucem Domini, aut inquisi-  
 tionis officium exercendum, possunt amouere, &  
 destruere, & alios instituere.

H

Septimò in eodē Mari magno statuit, vt qui ex  
 nostra religione ad aliam cum licentia transeundi  
 id non fecerint, postquā à nobis discesserint, infra  
 duos vel tres menses, aut si postquā alterius reli-  
 gionis habitum susceperint illum dimiserint in an-  
 no probationis, aut à nostro ord. ad laxiorē transie-  
 rint: capiantur, & contra illos tanquam contra  
 apostatas procedatur. Apostatas etiam quosuis no-  
 stros in quocunque habitu fuerint, possimus per  
 nos, vel alios capere, ligare, &c. Prohibet etiam,  
 ne eiekti à nostro ordine, vel illum egressi, audeant  
 docere, vel confessiones audire; si tamen ad alium  
 ordinē cum licentia trāserint, hæc facere poterunt  
 delicentia summi Pōtificis aut M. ordinis, aut pro-  
 uincialium, aut vicariorum: & si secus fiat, M. ord.  
 & alij prædicti in eos autoritate Apostolica sen-  
 tentiam excommunicationis valeant fulminare.

I

Statuit etiam ibidem, quòd eiektos ab ordine  
 nostro, vel illum egressos, qui suis culpis receptione  
 in eodem se reddiderunt indignos, & etiam alios  
 fratres eiusdem ord. ex rationabili causa ad quos-  
 libet ordines approbatos ( præterquam ad eorū so-  
 cietatē qui arma portant) ad vitandum occasionē  
 euagandi, M. ord. & singuli priores, seu eorum vi-  
 cary cum testimonialibus litteris autoritate pon-

I

tificia licentiam liberam habeant facultatem.

**K** Nouo inhihet ibidem summus Pont. ne aliqui religiosi habitum religionis nostro cōsimilem deferant, &c. eximit etiam nos à decimis soluendis de hortis nostris, & virgultis. Concedit etiam, vbi qui venientes ad religionem, habeant aliqua debita incerta, ea prælatus in pios vsus valeat conuere- re, quos magis iudicauerit expedire. Cōcedit quoque summus Pont. liberam sepulturam omnibus qui in nostris ecclesiis & cœmeteriis sepeliri voluerint. Inhihet etiam districtè, ne aliqui nobis inuitis aliquorum corpora in ecclesiis nostris sepelire, aut in eis pro illis missas cantare audeant, vel exequias possint celebrare.

**L** Inhihet prælatis quibuscunque ecclesiarum, ne confessiones fratrum nostri ordinis audire valeat, neque nos compellere possint, vt ad Synodos, ad eorumue conuocationes, aut processiones eamus, aut vt suis constitutionibus subiaceamus, aut Capitula, scrutinia, vel inquisitiones in locis nostris vel alibi de nobis facere possint, &c. & multa alia. Statuit etiam, quòd nullo modo debeamus exoluere Canonicam portionem de illis quæ nobis legantur, vel in necessitates fratrum, vel in vsu cultus diuini.

**M** Declarat etiam ibidè summus Pont. quòd cū M. ordinis, prioribus, prouincialibus, conuentualibus, & eorū vicariis in aliquibus bullis summorū pontificum datur potestas absoluendi ab omnibus casibus & censuris ( nisi talia forent propter quæ esset meritò sedes apostolica consulenda ) quòd hac exceptione intelliguntur solùm hæretici re lapsi, schismatici & qui litteras Apostolicas falsificassent

Nota quod solū propter quatuor casus est à nostris prælatis apostolica fescōsulēda.

aut ad infideles prohibita detulissent. Hos enim solos casus ( ait ) fore ad sedem Apostolicam destinandos, cæteris verò omnibus posse absolutionis beneficium impendi, &c.

Concedit idem summus Pont. ibidem M. ord. prouincialibus, & conuētualibus prioribus, & eorum vicariis, cum his qui patiuntur defectum natalium, prouenientem ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nephario & illicito coitu, & cum his qui ex quouis alia causa ( præterquam homicidij voluntarij, bigamia, & mutilationis membrorum ) irregulares fuerint, dispensandi potestatem vrad sacros ordines promoueantur, & ad quæuis officia eligi valeant, & ea gerere, &c.

Anno 1474. Sixtus 4. summus Pont. declarauit, quòd dum fratres nostri ord. eximantur à solatione decimarum, id robur debet habere etsi exempti & mendicantes ea soluere mandētur cum quibusuis derogatoriis & fortioribus clausulis, & quòd eas non soluēdo nullas incurrimus pœnas vel cēsuras, nisi litteris non per generales & alias clausulas specialem mētionem importantes sit derogatū specificè, & de verbo ad verbū in certo tenore. Declarauit quoque decimas à quibus sumus exempti, ad quæcūque bona extendi, & quascūque decimas intelligi in hoc, etiam quas vulgò Papales appellant, & quas Apostolica sedes pro Christianæ fidei defensione, aut aliis eminentibus necessitatibus persæpe indicit.

Idè summus Pont. cōcessit, vt si parochi se difficiles præbeant in ministrando sacramēta Euchari- stia & extreme vnctionis illis qui nostris fratribus fuerunt confessi, ipsi illis eadè conferant, & statuit,

Nota diligētissime præ illis que aliquando dicuntur. L. iubēte contra priuilegia ordinis.

quòd apud nos sunt sepeliendi ( etsi forsàn alibi sepulturã elegerint ) qui sepeliuntur in habitu fratrum aut fororũ nostri ordinis, & absque nostrali-  
centia nõ possunt alibi sepeliri. Annuì quoque idẽ summus Pont. vt ecclesiã parochiales nostri ord. fratribus concessẽ sint etiam ab ordinariorũ exem-  
ptã iurisdictione, & quòd in eis ponere possimus Capellanos ad nutum nostrum amouibiles, qui  
quandiu Capellanus fungentur officio, quã professores forent ord. nostri eisdẽm priuilegiis & immunitatibus gaudeant: & illi & eorum bona & ecclesiã, quibus nos & nostrã ecclesiã.

**Q** Damnauit etiam idẽ summus Pont. opinionem eorum qui dicebant aut dixerint, quòd cõfessi fratribus prædicat. aut minoribus, etsi licentias habeat  
generales à sede Apostolica, vel à diocesanis, tenentur eadem peccata suis parochis confiteri. Et vult vt contra tales tanquam contra de hæresi suspectos procedatur, & inquiratur per locorum ordinarios, & mādatur vt inquisitores cõtra illos eadem  
authoritate qua ordinarij, procedant.

**R** Pium precandi modũ Rosarij B. Virginis approbavit, & quinque annorũ indulgentias, & totidem quadragenas, illud legẽibus pro qualibet vice cõcessit. Etiam indulgentias annuì visitantibus nostras ecclesias in festis B. Dominici patris nostri, & sanctorum nostri ord. & adiutrices manus ad ædificia porrigentibus, &c. etiam omnibus fratribus nostri ord. vt confessor quem illorum quilibet eligerit, semel in vita, & iterum in mortis articulo absolutionem impendat, plenariam & remissionem omnium peccatorum.

**S** Declarat idem summus Pont. quòd facultas à se

& à suis prædecessoribus antea facta M. ord. provincialibus, prioribus conuentalibus, & eorũ vicariis absoluedi à quibusuis casibus, &c & dispensandi, conueniat solum M. ordinis. & illius vicario, & sic eam restringit. Sed postmodum anno 1481. aliam bullam emisit in qua huiusmodi restrictionem tollit, & relinquit talem facultatem liberam etiam prioribus, & eorum vicariis, &c.

**T** Declarat etiã & statuit, quòd fratres nostri habitati ad beneficia ecclesiast. & promoti etiã ad Cathedralis ecclesias, vel titulares, non habeant vocẽ actiuam, nec passiuã in electionibus ord. nec residentiam in domibus nostris, nec retentionẽ camerarum absque prælat. ord. cõsensu. & quòd M. ord. possit gesta per inquisitores ordinis examinare, querelas contra illos depositas audire, eos punire, & ab officio destituere: & quòd nec inquisitores nostri ordinis contra fratres Minores, nec viceuersa illi contra nostros procedere possint absque sedis Apostolicæ licentia, &c.

*Euangelistarum acies 1470.*

**P**ratrẽ Loguinũ Bernẽsem, diuini verbi præconẽ mirabilẽ, & indefensũ, qui per 40. annos verbũ Dei vtique gratis proposuit, quis non multa admiratione & reuerentia prosequatur & excipiat?

**B** Hoc etiam tempore satis noti fuerunt, arbitror, frater Hieronymus Bononiensis, cognomẽto Bursellius, frater Augustinus, & frater Daniel Vicentinus, concionatores discreti & præclari, siue quòd est oratorum munus docere, siue delectare, siue etiam commouere, in illis considerare velimus.

*Doctorum cœtus non ignobilis 1470.*



**F**rater Dominicus de Flandria, frater Ioannes Heroth, M. in Theologia Insignes, frater Ioannes de Neapoli, & frater Michaël de insulis, frater Petrus de Maledura, & frater Paulus Bononiensis, frater Saluus Casseta Siculus, frater Sifridus Teutonicus, & frater Thadæus ab Vrbe-veteri, & euangelistis supranominatis cōiuncti, hanc classem doctorū, Deus bone, quā illustrē, speciosā, & armis spiritualibus cōpluribus contra tenebrarū omnium rectores & potestates instructissimā efficiūt

*Pastorum conuentus eximius 1470.*

**A** Per hæc tempora & in insula Cretēsi frater Michaël Cretensis ecclesiæ Antistes, & in Teutonia frater Sifridus Cirenensis episcopus clarent: & dum pastoralis regiminis curam administrant, diligenter & bene præfunt, duplici honore, scilicet in terra, & in cælis digni redduntur.

**B** Frater Stephanus episcopus Lucerinus in Apulia, & frater Simon Antistes Cathanensis ecclesiæ, frater Ioannes de Mileto, episcopus Cephaludensis, & frater Frācisus de Regno episcopus Mizariēsis, omnes Antistites proculdubio multū venerādi, cū hospitalitatis iura à nobis exposcant, qui fieri potest, vt illa ipsis negare possimus? Eos ergo interea saltē vt hospites excipiamus, habituri eos postmodum vt conciuēs & domesticos in hac decade, si ius aliquod illis patrocinetur.

**C** Frater Reginaldus Spoletinus, Antistes Theatinus, & alter etiam Reginaldus Polonus, & frater Theodoricus Borgognonius, episcopus Ceruiensis, etiam à suis sedibus pulsi, vel profugis similes, ad tempus mansionem habere desiderant,

*Beatorum sacer conuentus 1470.*

**A** Nno 1471. Vigeuani ( oppidum est Vmbriæ ) obiit in cōuentu nostro frater Matheus Carrerius Mantuanus, vir pius, deuotus, & sanctus, & miraculis clarus. Hic dum semel Pisis Genuā admiraret, fuit intercepta nauis à piratis, & post multa ipe cum socio libertate donatus, aliis omnibus ab eisdem piratis detentis. Cū verò in illa comitua vna scēmina foret, quæ se mirum in modū excruciat, & mirabiliter flebat, vir Dei ad piratarū pedes prouolutus obnixē admodum rogat, vt ipsum captiuum detineant, & illā misericulam scēminam, & illius filiam ( quarum etiā subuersioni fidei ipse timebat ) libertate donarent. Ac licet primò sit passus repulsam, non desit vir Dei fortiter in sua petitione instare. demum dum id perpendit piratarū precipuus ac dux, & viti Dei sanctitatē considerat: illū & illas ac alios omnes propter illū dimisit abire liberos, illi commēdans vt pro ipso deum rogaret.

Circa idem tēpus, opinor, obiit Esculi in cōuentu nostro S. Dominici frater N. \* Fabrianēsis, vir multæ sanctitatis, quā post mortem illius intercessione & meritis subsecuta miracula comprobant. Aliqui tamen eū scribunt obiisse anno 1481.

Nam in hac, vel in alia beatorū classe cōpeter locus, ambigo, fratri Romēo Cathelano, qui & præfectus existēs & subdit⁹, ac suæ in parentū statu positus, suæ imperantiū, vitā semper degit sanctissimā, & cētā viuēs, quā vita funct⁹, multis miraculis claruit.

*Communia.*

1480.

**H** Vius decadis tempore pacis scēdere inuito inter Serenissimos reges Portug. Ioannē huius nominis secundū, & Ferdinandū ac suam consortē

D. Elizabetham reges Castellę, obtinuerunt ipsi Catholicos reges à Reuerēdissimo generali M. ordinis, & accessit ad hoc etiam consensus summi Pontificis, ex Portugallia aliquot patres religione præstares, & insignes accersirentur, præsertim ex conuentibus admodū religiosi Sanctę Marię de Misericordia de Aueiro, & ex Beniquano, qui prouinciã Hispanię in aliquibus non nihil collapsam reformarent. Literę autem directę fuerūt fratri Petro Diaz, qui tunc erat serenissimi regis Portug. concionator, & vir grauissimus, ac reformatorum conuentu Portugallię vicarius generalis. Is itaque pater virum litterarum ad se directarū fratrem Ioannem Diaz instituit vicarium generalem & reformatorē prouincię Castellę, & erat ille vir religione & doctrina clarus, & fuerat à sacris confessionibus Serenissimę D. infanti & Principissę, D. Ioannę eiusdem regis sorori, & ex conuentu præfato nostro de Aueiro octo viros graues & multum venerandos, ad id assumptos fuisse, & duos ex conuentu de Bēfiqua testatur vir clarissimi nominis, L. Andreas Resendius, ex quorum numero fuerunt licentiatu frater Ioannes de Aueiro, & Bacchalaureus frater Didacus, frater Ferdinandus Bracarenfis, & alij. Præfatus igitur vicarius Salmanticensem conuentum Segobientsem, Abulensem, & nonnullos alios visitauit, & postmodum totam cōuocauit prouinciã pro celebratione capituli & electione prouincialis faciendā, & in eo capitulo constituit, quę ad reformationē prouincię opportuniora videbātur. Et tunc idem pater vicarius inter multa alia quę coram illis patribus perorauit, hoc vnū fuit, quod prouincia tam ampla & viris grauibus & docti

Portugalli  
Dominicani  
Castellanos  
eiusdem ord.  
reformant.

referta, vt illa erat, qui & optimè nouerant, quid facere tenerētur, si per suosmet nō reformabatur, solus Omnipotens illam posset ad normā rectam & integram reducere, quantumuis in maxima copia vnde quaque ad illam confluere reformandū alij religiosi. Eam ob causam illos omnes exhortabatur in Domino, & ex parte D. Dominici P. nostri obtestabatur, vt mores suos ad regulam, & constitutiones quas profitebantur, curarent componere, & ea obseruare quę illis obseruanda decreuerat: & sicut habitu, sic quoque moribus se D. Dominici filios esse monstrarent, &c. & demum bona illis imprecando & benedictionem impetiendo, ille cum sociis in Portugalliam rediit, & solum duo ex suis ibi in Castella remanserunt, scilicet, vnus conuersus, & vnus sacerdos.

Anno 1481. Sixtus 4. Summus pont. Misit Coloniam fratrem Saluum Casseram generalem tunc nostri ord. M. vt Alberti Magni sacrum corpus in eminentiorem locum, & tanto viro dignum & humili transferret. Quod fuit omnino integrum repperit, ac si à paucis tempore fuisset sepultum, licet iam ducenti anni transierant ab eius obitu. Illius ergo corpore in medium chori cōuentus nostri Colonienfis translato, Romam rediit, vnum brachium sacrum illius secum ex Colonia defendendo; quod mandato summi pontif. nostro conuentu Bononiensi transmisit, & ibi seruat.

Anno 1484. electus fuit Summus pont. Innocentius 8. qui anno 4. sui pontificatus priuilegium quod habet ordo, vt possimus sepelire quosuis personas ad ordinem attinentes, & illis sacramenta Eucharistię, & extremę Vnctionis dare, declarat

B  
Corpus Alberti Magni  
transfertulnatum locum.

C

ita debere intelligi, vt extendatur etiã ad moniales seu sorores eiusdem ordinis sub cura & directione nostra degentes, & ad alias personas quæ vel ipsi sororibus, aut monialibus, seu fratribus communiter, vel singularibus personis obsequia impendentes, & si eorum agros colant, greges pascant, vel ad longum, vel ad modicum tempus conducti, aut aliã fratrum seruitiis occupati sint, &c.

**D** Anno 1480. aut circiter, postquam iam diu fratres nostri zelo fidei commoti laborarant pro hac re, & apud Catholicos reges & Romæ apud Papam, fuit decretum, vt Inquisitio sancta in Hispania poneretur, & ex nostro ordine fuerunt inquisitores positi in multis partibus, qui summa diligentia sua munia exequentes, breui temporis spatio Hispaniam repurgarunt, & demum anno Domini 1492. in fine Martij Iudæi expulsi fuerunt ab Hispania, & anno 1502. in Februario Saraceni. Chronista Bëthicus Anonymus.

*Apostolorum ord. sedes. 1480.*

**A** **I**vre quidem optimo inter Apostolicos ord. viros computandus venit frater Alphonsus Burgësis, episcopali insula insignitus, eo quod insigne illud nostri ord. collegium quod est Vallisoleti sub inuocatione vel titulo S. Gregorij à quo tum religione, tum literis præstantium virorum in dies scaturiunt copiaz, construi mandauit magnificentissime, & necessariis prouentibus abundè dotauit, statuta prudentissima & religioni & studiosorum profectibus promouendis commodissima præscribens. Prima illius fundamenta iaci cœperunt anno

1488. In conuentu etiam nostri ord. ibidem sito non solum vtrunque claustrum, scilicet superius & inferius, sed & capitularè domum, & nonnullas alias illius officinas construxisse fertur. Sit ergo illius memoria in benedictione Domini.

Frater Georgius Vercellensis hoc tempore clauit, vir regularis disciplinæ norma singularis, & paternarum traditionum æmulator insignis, ac vitiorum rigidus censor. Qui plura monasteria in carimoniis & in regulari obseruantia, & in structuris collapsa instaurauit. Ideoque illius memoria hæc Apostolorum nostri ord. virorum classis decoretur.

*Euangelistarum acies veneranda. 1480.*

**A** **F**rater Thomas Venetus, & frater Antonius de Brixia, Dei præcones præstantissimi, & diuinæ tubæ singulares resonant, & earum clangore & sonitu Italia pro magna parte commouetur. Quibus si fratrem Franciscum Florentinum adiungamus, ternarius confurget concionatorum clarissimus.

Frater Hieronymus de Sauanarola ex prouincia Romana, Florentiæ & in aliis Italiæ partibus per hæc tempora nominatissimus habetur euangelistes. Cuius qui ampliolem habere voluerit notitiã Bibliothecam nostri ordinis consulat, & perdiscet quid etiam causæ fuerit, quod combustus obierit.

In Portugallia clarissimi nominis fuit habitus frater Ioãnes Diaz sacre theologiæ Bacchalaureus, filius conuentus nostri Auriensis. Qui Ioanni 2. regi Portugalliæ, & suæ sorori infanti D. Ioannæ fuit à sacris confessionibus, fuitque concionator

non obscurus, nec vulgariter doctus.

*Doctorum clara caterua.* 1480.

**A** **D**ocente Domino didicimus, quod nemo ascendit lucernam, & in abscondito ponit, &c. idè doctrinæ faculis radiantes frater Bartholomæus Sibylla Neapolitanus, Fr. Iacobus Sprengerius, frater Ioannes Aquilanus, frater Petrus Bergomenis, & frater Stephanns de Tharantha, &c. qui nunc proximè recensiti sunt in euangelicæ acie, dum doctorum cathedras tenent, attentè obseruentur à nobis, & quæ conscripserunt volumina, perlegantur, & quam eximij fuerint in docendi munere, deprehendemus apertè.

*Pastorum obseruantia multa conuentus dignifimus.* 1480.

**A** **C**laret hoc tempore frater Alphonfus Burgensis, qui apud reges Catholicos Hispaniæ tanta fuit authoritatis, vt ille solus tunc inter maximos, maximus putaretur. Fuit primò factus episcopus Gordubensis, postea Conuësis, & demum Archiepiscopus Palentiæ ecclesiæ datus.

**B** Frater Bartholomæus Bononiensis minoris Armeniæ creatus episcopus, instinctu quodam diuino se ad suas contulit oues, & illas pascere cepit diligentissimè, & fidem Christi pro maxima parte extinctam restituit. Monasterium ibidem nostrum ord. erexit, vt ex illo operarij prodirent, qui illos Armenos in fide integra, & doctrina sana retinerent. Viuat ergo hîc pastor optimus in mille generationes.

Huc etiam referendi videntur frater Ioannes Pistoriensis, & frater Ioannes de Podio. Quorum ille ad episcopatum Aquilanum electus illum recepit acceptare; hic verò fuit factus episcopus Cephaludensis ecclesiæ, frater Matthæus, natione Siculus, patria Cathanensis, ecclesiæ Patrensis Antioches, & frater Andreas Hungarus præsul Bosniensis, multùm interpellant hac decade mansiones habere, vt temporum iniquitates declinent. Quibus lubenter id annuo, quousque quid iuris ad istam habeant decadem, discutere detur.

Tres alij occurrunt spectabiles viri, quos fors an alibi minùs opportunè locabimus, si hoc loco in nostrum catalogum non admittamus. Illis autem omnibus est vnum nomen commune, scilicet Nicolaus. Et qui de Ripis cognominatur, episcopus est Varnatensis, alius Octoniensis ecclesiæ antistes, alius verò Burglanienis in Dacia. Quiescant ergo hîc tandiu, quòd vetustiora ac plura licet monumenta ord. euoluere, & quibus cuique locus debetur, exquiramus, & tunc ordinatiora prodeant vniuersa.

Per hæc tempora, aut vicina, florèt D. Alphonfus Burgensis Palæstinae ecclesiæ præsul dignissimus, qui est multùm commendandus; eo quòd suis dignè præfuit ouibus, & quoniam inter alia quæ gessit præclara ædificauit Vallisoleti collegiũ sub titulo D. Gregorij prope conuentum S. Pauli, & illud prouentibus annuis dotauit non paucis, in quo quadraginta, aut circiter, collegæ studere dicuntur, & ex illo viri prodeunt litteraturâ insignes, qui toti prouinciæ Castiliæ decus & ornamentum maximum adferunt.

*Beatorum felix & sacer conuentus.*

**A**  
B. Antonius  
de S. Maria.

**H**is temporibus claruit in Portugallia vir quidam grauiſſimus, & vitę integerrime, cui nomen erat frater Antonius de ſancta Maria, ſilui conuentus noſtri Sanctę Marię de Miſericordiã de Auciro. Qui adhuc viuens miraculis claruiſſe proditur in libro manu ſcripto qui ibi in conuentu monialium noſtri ord. ſeruatur.

**B**  
B. Steno.

Anno 1480. obiit in prouincia Dacię in conuentu Scarenſi frater Steno natione Dacijs, vir vitę probatiſſimę, qui etiam viuens à morte ad vitam quendam ſuſcitare meruit.

B. Ioannes  
Lazarus.

Per hæc etiam tempora vel vicina floruit in prouinciã Bethicę conuentu aliquo Hiſpalenſi frater Ioannes Lazarus, vir ſanctitatis eximie, qui ſpiritu prophetiã & miraculorum gratia viuens ſuſſiſſe dicitur.

*Communia.* 1490.

*Apoſtolorum ordinis chorus.*

**A**  
**H**uius aut ſequentis decadis tempore creditur in locum ſibi vindicare fratrem Didacum Deza, virum vnum ex grauiſſimis, quos ordo habuit per iſta tēpora, & in ſæculo authoritatis ſummę. Qui inter plęraque alia quibus ſe de religione noſtra bene meritum oſtendit, archiepiſcopus exiſtens Hiſpalenſis, Hiſpali collegium noſtri ordinis ſub titulo S. Thomę fundauit & dotauit, quo in dies illius prouinciã Bethicę patres complures doctrina & religione præſtantes, ac D. Thomę doctrinę ac vitę ſequaces ſeduli prodeunt.

nō immeritō illud collegiū dici poteſt inter mortales illius populi vna ſalus. Nā cum Hiſpali iã virus Lutheri ſerpebat, & hui⁹ infernalis magiſtri ſectatores erant nō pauci, & ſecūdum Lutheranę ſchoolę ritum præcepta dabantur, & lectiones iam publicę fiebant, & iam ſpargi cœperat per falſitatis magiſtros doctrina Lutheri, quiſnam venenum latens ſub melle deprehendit, quis hæreſiarchas occultos detegit & confudit, niſi Thomę college, eruditione & vita præſtantes? Sit ergo prædicti patris memoria in benedictione Domini, & ille Apoſtolorum ord. claſſem hac ſua cohoneſcet memoria.

*Euangelistarum acies nobilis.* 1490.

**A**  
**I**n Italia percelebris famę fuerunt hoc tempore frater Dominicus Cremeniſis, & frater Thomas Vigileuamenſis, viri graues, & docti, & cōcionatores præſtantiſſimi. Quibus etiam addatur frater Andreas Portugalla Brixienſis, & concionator optimus.

**B**  
Non modicū gloriatur Aragoniã prouincia, quōd in ea inter alios non paucos clariffimus habetur frater Antonius Roz, M. in Theol. eruditus, & cōcionator præclarus, & facundus, Ferdinandi regis Aragoniã. Qui fuit etiam aliquando eiufdem prouinciã moderator optimus. Obiit Cęſar-auguſtã, anno 1504.

**C**  
Sed & frater N. Gacete, natione Cathalanus, præco diuinus, ſingularis, & populo vbique accepiſſimus, in eadem prouincia Aragoniã multos erudit, & Domino Deo adducit. Nec eſt illo inferior frater Thomas de Turre-Cremata Hiſpanus.

**D** Frater Antonius de Lapenna, natione Hispanus, M. in theologia doctissimus, & concionator inclytus, facundus, fructuosus, & vehemens vitiorum hostis, etiã per hæc tempora claret. Qui dum mel concionando inuehæretur in vnus ministri iustitiæ delictum, quia in religiosum quendam manus iniecerat; tanta id effecit vehementia spiritus, vt idem minister qui præfens aderat, fuerit terroretotus concussus & compunctus: & quasi extra se factus, & tandem propterea ex eo breui pòb obiit.

*Doctorum cætus eximius. 1490.*

**A** Vllis ignorantie tenebris multum micantes doctrinæ radios emittunt frater Antoninus de Grilandis; de Iaueno, frater Antonius de Brixia, frater Aquinus Guenus, frater Bernardus de Busto Mediolanensis, frater Dominicus de Montario, & frater Franciscus Meritonensis, & frater Guillelmus Hochus Anglus, omnes doctrina fulgent, & suis eruditis operibus quamplurimum instruunt.

**B** Sed & frater Henricus Infortoris, M. in theologia, frater Hieronymus Albertutius Bursellus, frater Ludouicus Ferrariensis, frater Paulus de Monelia Genuensis, frater Paulus Soncinas, frater Didacus Deza Hispanus, frater Thomas Donatus Venetus, & frater Thomas Vicleuanensis, omnes viri eruditi & multis à nobis encomiis efferebant, nisi nobis tacentibus illis eos dignissimos que scripta reliquerunt, monstrarent opuscula.

*Pastorum conuentus insignis. 1490.*

**C** Frater Thomas Donatus, natione Venetus, nobilium Venetorum ortus sanguine, virtutum animi

animi splendore euasit clarior. Is itaque Patriarcha Venetus, efficitur, quam dignitatem postquam recusare non potuit, taliter administravit, vt nihil illa gesserit indignum.

**B** Euangelistes ille famosus frater Antonius de Lapentia Hispanus, dum suis concionibus apud omnes gratissimus totam Hispaniam replet, fit Canariensis ecclesiæ præsul, & optimorum præsulum emulor insignis. Et vt illi consocium demus, frater Paulus de Monelia Genuensis, ab Alexandro 6. episcopus de Chio declaratus circa annum 1498. præstò adest.

**C** Frater Antonius Pisamanus fit Saltrensis Antistes, & frater Gallardus de Ursaltu, natione Vasco, fit episcopus Bethlehemiticus, & frater Thomas Malubra Venetus episcopus Curzolensis, & frater Ludouicus Longus etiam Venetus præsul Modonensis, antequam in Turcarum Dominium ciuitas illa deuenisset: omnes illi se ad instar vagantium habent.

**D** Subsequuntur & quasi turmatim incommoda multa quæ solent vagantibus accidere, fugientes frater Andreas Crouatus episcopus Crainensis, frater Hugo de Cartes Antistes Bethlehemiticus, frater Israël præsul Arosiensis, frater Hieronymus Genuensis, episcopus Caphensis, omnes quasi suis sedibus exules forent, in incertum vagantur, quos hospitalitatis ergo ad minus hic recipiendos duxi.

Frater Didacus Deza natione Hispanus, tempore Catholicorum Hispaniæ regum Ferdinandi & suæ consortis Elizabethæ, inter alios viros præclaros illius temporis fuit clarissimus reputatus. Vnde cum Salmanticiæ theologiæ professorem ageret

strenuum, eum inde Catholici reges vocarunt & suo vnico filio dilectissimo omniũ regnorum suorum futuro heredi D. Ioanni magistrum præfecerunt, & mox Zamorensis fuit factus antistes ecclesiæ. Pauld post eum ab illa ad Salm. antinam. dem transtulere. Dumque in dies illius prudentiam, iudicij acrimoniam, eruditionem, & probitatem, ac in omnibus rebus agendis præclaram experirentur industriam; eum in dies maioribus cumulabant honoribus. Nam ex Salmantina ecclesia ad Archiepiscopatum Palætinum, & inde postmodum ad Hispalensem transtulerunt. Fuit ipse etiam à sacris confessionibus Catholico regi Ferdinando, necnon illius factus capellanus maior, & inquisitor etiam generalis in cunctis ipsorum regum dominiis, & eorundem regnorum Cellarius maior, ac demum vltimo fuit ex Hispalensi ad Toletanam ecclesiam mutatus, illius Archiepiscopus factus. Sed dum Hispalensi sede relicta ad Toletanam properat; eum ad se Dominus vocat.

*Beatorum castra speciosissima.*

1490.

**A**  
B. Iacobus  
Alcmanus.

**A**nno Domini 1491. quinto Idus octobr. obiit Bononiæ in conuentu nostro frater Iacobus Alemanus, natione Teuto, patria Vlmensis, religiosus ex eorum classe qui in religione dicuntur Conuersi, vir vitæ conuersatione pius, & deuotus, & omnium virtutum genere ac miraculorum gratia conspicuus.

**B** Anno 1495. obiit Genuæ frater Sebastianus Brixienfis, vir iustus & sanctus coram Deo & ho-

minibus, qui post obitum miraculorum gratia fulsit.

Anno 1493. vltima Ianij obiit frater Iacobus Sextius vir sanctitate vitæ mirabilis, qui per 40. annos in ordine irreprehensibiliter vixerat, & post mortem miraculis claruit.

**C**  
B. Iacobus  
Sextius.

Anno 1494. Venetiis in conuentu nostro S. Dominici obiit frater Augustinus de Buiella, vir sanctus qui etiã viuens miraculis coruscavit. Hic post quatuor annos elapsos ab eius obitu ex sepulchro quo primo cõditus fuerat, tollitur, & in eminentẽ locum transfertur, & illius corpus tunc totum integrum inuenitur. Multa in veneratione ibi habetur, & cereæ imagines & simulachra argentea quæ sepulchro eius appenduntur quotidie, & veneratione qua tollitur, illius sanctitatem demonstrant.

**D**  
B. Augustinus  
Buiella.

Anno 1498. obiisse scribitur frater Marcus Mutinensis, vir religiosissimus & pietate insigni præditus, cuius sanctitatem miracula plurima post eius obitum subsequuta attestantur.

**E**  
B. Marcus.

Anno 1490. die 12. Maij, in Portugallia in conuentu Monialium de Iesu nuncupato in oppido de Aueiro obiit in nostri ordinis habitu clarissima domina & principissa, D. Ioanna filia legitima Alphonfi huius nominis 5. Regis Portugallia. Quæ fuit virgo sanctissima, & secum ferebat libellum memoriz, & simul atque aliquid legi Dei minus consonum committebat, signabat in libello, vt suo tempore se de ea re accularet, fuitque orationi deditissima, & regularis vitæ obseruantissima, & miraculis claruit. De eius vitæ sanctissima liber magnus manu scriptus seruat in præfato conuentu Monialium, in cuius fine quæ fuit illius vitæ

**F**  
B. Domina  
Ioanna principissa.

conscriptor & compillator, iureiurando affirmat, quod nihil in illius vita nisi quod verum est, narrat, &c. & quia vitam illius breui typis dandum spero, pluribus nunc superfedendum arbitror.

**G**  
**B. Ofana.**  
Mantue per hæc tempora claruit nostri ordinis soror sanctitatis eximia, & sanctitate vitæ mirabilis, Ofana nuncupata, virgo deuotissima, & miraculis etiam corusca.

**H**  
**B. Sibillina.**  
Ticini quoque siue (quod idem est) Papiæ fuit etiam valde celebris beata Sibillina, quæ ibidem habetur virgo sanctitatis magnæ, & tanquam sancta ibi colitur, & eius sanctitatem miracula monstrent quibus claret.

**I**  
**B. Lucia Narnensis.**  
Per hæc tempora etiam claruit Soror Lucia Narnensis etiam ord nostri de pœnitentia B. Domini. quæ sacrorum quinque Christi stigmatum simulachra in suo corpore cunctis apparètia, sanguinemque emanãtia copiosum multis annis miraculosè sibi impressa habuit: quæ nullo medicamento curari poterant, nec vnquam saniem emisserunt, sed sanguinem purum, præsertim verò seña 4. & 6. Miraculis etiam fultit.

**K**  
**B. Columba.**  
Circa ista tempora floruit etiam nostri ordinis soror nomine Columba, quæ vt columba simplex omni felle liuoris & amaritudinis carens, in re nulla alia quàm in iugi Dei famulatu, requiem inuenit: & floruit perusij.

*Communia. 1500.*

**A**  
Iulius huius nominis, Summus pont. concedit, quod si vlla fuerit ambiguitas in priuilegijs & gratijs, &c. quæ ab Apostolica sede emanant, illi

ius declaratio quoad religiofos nostros, ad M. ordinis spectet. Et etiam quod nullæ personæ nostri ordinis confessionalibus, vel indulgentiæ litteris, etiam per sedem apostolicam emissis, vel etiam emittendis (nisi consensu M. ordinis accedente & durante) gaudere possint.

**B**  
Circa annum 1504. idem summus pont. bullam emisit de temporalitate prælatorum generali ord. M. existente fratre Vincentio Bandello, & ordinariis vt prouinciales vltra quadriennium in prouincialatu, & priores in prioratibus vltra biennium non durent. Et quod his elapsis ipso facto absque alia absolutione sint à suis officijs absoluti. Quod, que in eisdem conuentibus aut prouincijs nō possint de nouo eligi, nisi prius interueniat spatium temporis tam diuturnum, quàm est duorum prioratuum, vel prouincialatuum. Irritum etiam ac inane decernit, quicquid fiat in oppositum. Subiungit tamen casum in quo & tale quadriennium prouincialis prorogari potest, si scilicet illud absoluat, quando instat electio generalis M. ord. & prioris etiam biennium prorogari potest, si prouincialis electio instet, &c. his enim in casibus & prouinciales vsque ad cap. generale, & priores vsque ad prouinciale perdurent.

**C**  
Concessit idem Summus pontif. M. ord. vt nostri ord. personas licentiare possit, vt confiteantur peccata sua sacerdotibus extraneis, deficiente dicti ord. cōfessore idoneo, possit etiam ad magistrum in theolog. etiam non peracto quadriennio in aliqua vniuersitate licentiã dare. Moniales nostri ord. infirmas de cōsilio medici ad balnea mittere, &c.



E

Ordinis nostri moderator supremus existit, vir clarissimi nominis frater Vincentius de Castronouo, qui personaliter nostri ord. conuentus visitauit per totam ferè Europā, & religionis nostræ conuentus plurimos ad rectam viuendi normam reduxit, & reformauit, & anno Domini 1504. Hispaniam visitauit.

Anno Domini 1509. apud Bernam (ciuitas est Heluetiorum) quorundam maleuolentia in Dominicanos excitati Bernenses, quosdā Dominicanæ familiæ religiosos flammis tradunt, eo quod & D. Virginis honori & sinceræ fidei contrarium esse, illam in originali peccato fuisse conceptam, docere persuasi fuerint à quibusdam. Ex Chronico Palmerij continuato.

*Apostolorum chorus.* 1500.

A

Apostolorum virorum ord. classem ingrediantur oportet Fr. Paschalis seu Paschasius Burgensis, eiusdem ecclesiæ Antistes. Nam præter hoc quod fuit in aliquot Hispaniæ conuentibus religionis nostræ non nihil collapsæ instaurator maximus, etiam Palentiæ in conuentu nostro claustrum, dormitorium, & plura alia construxit, similiter in conuentu suo Burgensi: obiit Romæ anno Domini 1514.

*Euangelistarum sedes.*

A

ET frater Thomas de Turre-Cremata Hispanus, & Fr. Didacus de Victoria etiam in Hispania, & Fr. Dominicus de Guargano Brixienis in Italia concionatores in clyti & fructuosi, ac ubique acceptissimi clarent & habentur celebratissimi.

*Doctorum copia.*

Qui multos erudiendo hoc tempore clarent, sunt frater Albertus Bellunensis vel Vtinensis, frater Dominicus Bugella, Magdolius, frater Iacobus Hollandus, frater Vincentius Bandellus, theologo præclari, & fama celebres. Qui libris eruditione multa refertis quos ad posteros transmiserunt, immortales, erunt immortalitate à Deo donati. De eorum operibus nostra Bibliotheca ord. consuetur.

*Pastorum acies veneranda.* 1500.

FRater Paschasius Hispanus, religionis nostræ instaurator maximus & obseruator, Burgensis ecclesiæ Antistes clarus, & sui episcopatus prouentus omnes eosque non modicum pingues in pauperum elemosynas expendit. Oues suas sæpius visitat & considerat, interdum comitiua relicta solus cum vno socio solet aliquando præcedere, ut melius obseruare queat, quomodo sit diuinum officium. Id dum consuevit, aliquando diuertens cum socio ad vnum monasterium alterius ord. quam nostri, petiit ibidem hospitio recipi, sed illius conuentus præsidens excusauit, id se non posse præ multitudinem hospitiū, & domus forsitan paupertate nimia. Quo responso habito recessit ille cum socio. Post eius recessum, quod foret episcopus, rescisens pater præsidens conuentus, post eum properè accurrit, ad pedes prouolutus, veniam petit, quod eum non cognouerit se excusans, & rogat ut redire dignetur. Tunc ille, Fratres D. Domi-

nici cuperem quòd vos exciperetis hospitio, quòd pro Burgenſi epifcopo illa non deerunt.

**B.** Frater Ioannes Enguera, qui fuit regi Aragoniæ à confeſſionibus facris, & in omnibus illius dominiis & regnis hæreticæ prauitatis inquitſor generalis, epifcopus Illerdensis eccleſiæ in regno Cathalonix clarer, & optimi paſtoris adimpleus partes, etiam regularis vitæ tenaciter propoſitum ſeruat & affectum, ac plurimum conſertim conuentus noſtri Illerdensis reparationem vt claris teſtimoniis in illo monſtratur.

**C.** Catholici reges Hiſpaniæ fratrem Bernardum de Meſſa (qui fuerat Toleti in conuentu noſtro S. Petri Martyris veſtitus & profeſſus) poſtquàm eum in Angliam ad negotia ardua miſere, epifcopum Badiolanæ dederunt eccleſiæ, quam etſi Pacenſem vel Badiocenſem aliqui Hiſpani credant dici ab ſcriptoribus; tamen eruditiffimus Andreas Reſendius Luſitanus, & antiquarum rerum ſcrutator inſignis ac curioſus id reſellit: ſed eſt ciuitas illa veleccleſia quam Luſitani dicimus Beiam. Boni paſtoris partes diligenter exequitur.

**D.** Frater Aluarus nobili Aſtorgenſium Comitum ſtemmate ortus, ad eiufdem eccleſiæ præfecturam euehitur à Catholicis regibus, poſtquam eum ſuo nepoti D. Ferdinando (qui poſtmodum fuit rex Hungariæ, & poſt Carolum ſ. Imperator) infanti præfecerunt magiſtrum.

**E.** Subijciam & quatuor viros doctrine & cæterarum virtutum animi nitore claros; non quòd eos ad hanc decadem fore referendos ſciam, ſed vt occaſionem præbeam cunctis, quænam illis de iure conueniant ſedes inquirendi. Sunt autè illi, Fr. Pe-

trus de S. Martino epifcopus Bethlehemiticus, Fr. Robertus Normandus epifcopus Paphenſis, frater Hugo de S. Theodorico, epifcopus Viennenſis, & frater Dominicus Tolofanus Antites.

*Beatorum ſedes 1500.*

**A.** Nno 1500. è viuis rapitur Vincentiæ frater Petrus Gallus vir religioſiſſimus, & obſeruantia regularis vnicum & ſingulare ſpecimen. **B.** Petrus Gallus. **Qui** & viuens & vita ſunctus miraculorum virtute inſignis emicuit.

Anno 1504. obiit Mutinæ in conuentu noſtro frater Hieronymus Veronenſis, vir in vigiliis, ſtudii, orationibus, & in aliis religioſorum piis operibus frequens & aſſiduus, qui & ſuæ mortis horam prædixit, vt Leander reſert lib. 4. **B.** Hieronymus.

Anno 1507. die 2. Maij obiit in Portugallia in conuentu noſtro de Benſiqua frater Arnoldus, vir ſanctitatis opinione conſpicuus, & illius ſanctitatis præter alia quæ habentur teſtimonia, hoc etiam vnum eſt, quòd cum à loco humili in altioſorem corporis illius tranſlatio fieret, multam odoris fragrantiam ex illius ſacro corpore prodeuntem, multi perſenſiſſe dicantur. **C.** Arnoldus.

*Communia*

1510.

**A.** Nno 1511. Quidam principes & Cardinales contra Iulium 2. ſummum Pont. conciliabulum cõgregant, cum erga ſedem Apoſtolicam obſeruantia mirum in modum in religionis noſtræ fratribus emicuit. Nam etſi blanditiis, pollicitationibus multis, minis & terroribus illius congrega-

Fratrum ord. prædicat cõſtantia inſiſtens.

tionis sathanicæ membra sollicitarunt illos, vt ei consentirent, & vniuersi alij religiosi & parochi etiam ad idem sollicitatiã nostris penderent, facturos fore seipsos promittentes, quod nostri facerent, semper manserunt omnino infracti, strenuissime resistentes eisdem, & bonos quosuis exhortantes, ne in eorum concilium abirent, & ab Apostolica sedis obedientia dimouerentur, quamuis propterea oporteret tribulationes aliquas pati.

**B**  
Constantia  
fratrum ordi-  
nis predicat.

Nec minori fuerant religiosi nostri etiam constantia & virtute præditi antea, cum idem summus Pont. ob imperium, quod sibi in Bononiensem ciuitatem vsurparant Bentiuolorum familia, illos omnes & illis consentientes anathematis mucrone percussit. Nam etiam tunc fratres nostri blanditiis multis fuerunt & pollicitationibus allecti, minis conterriti, tribulationibus pressi, vt illis communicarent: id tamen vt facerent, nunquam potuerunt adduci, & se aded animose gesserunt, vt potius in exilium ire, & quoduis aliud supplicium ferre, sese responderent potius paratos audacter, quam illorum votis condescendere.

**C**  
Fratrib' præ-  
dicat. comu-  
nicat sum-  
mus Pont.  
omnia priuilegia aliarum  
religionum.

Anno 1313. electus fuit summus Pontifex Leo 10. qui primo anno sui Pontif. concessit ord. predicat. per communicationem, omnia in vniuersum priuilegia quibus gaudent alij ordines mendicantium, siue communiter & insimul, siue diuisim.

**D**  
Idem summus Pont. anno Domini 1317. facto, approbante Concil. Lateran declarauit, & statuit, vt conuentiones & pacta inter nostri ord. fratres & prælatos ecclesiarum & curatos, pro tempore irrita, valeant, nisi per subsequens cap. generale, vel provinciale fuerint refutata, & huiusmodi res;

ut ratio debito fuerit tempore intimata. Plurima etiam alia instituit & declarauit nostris priuilegiis vsque ad sua tempora nostro ord. concessis parum conformia, imò & contraria, quæ breuitatis causa hinc transcribere prætermitto.

Anno 6. sui Pont. omnia & singula priuilegia, & gratias fratrum ord. Minorum, heremitarum S. Augustini, Carmelitarum, seruorum S. Mariæ, ac Minorum ordini nostro, & illius fratribus, ecclesiarum, & locis, &c. concessit.

**E**  
Indulfit etiam, vt quoties festiuitates sanctorum Dominici Patris nostri, Petri Mart. Thomæ de Aquino, Vincentij, S. Catherinæ Senensis, & eorum octauæ quomodocumque etiam per translatione celebrandæ occurrerint in tempore quo ciuitates, oppida & loca ecclesiastico interdicto (etiam Apostolica auctoritate) sunt supposita, in ecclesiis domorum nostrarum & monasteriorum quorum cura nostro ordini commissa est (nisi ecclesie ipsæ vel nos nominatum interdicti simus, vel causam interdicto dederimus, vel eam foueamus) possimus pulsatis campanis, ianuis apertis, (interdictis & excommunicatis exclusis) alta voce missas & alia diuina officia diurna & nocturna in diebus festiuitatum eorundem, & octauis eorum durantibus celebrare, etiam si per octauas ipsas & in die octauarum non nisi memoria de sanctis ipsis fiat. Et declarat, quod si talia festa transferantur, etiam tum illis transferuntur indulgentiæ.

**F**  
Ordinauit etiam idem summus Pont. quod in quibuscumque litteris ad ipsorum fratrum instantiam obtentis à sede Apost. in obedientiæ regularis derogationem, quomodocumque in posterum

**E**  
Priuilegia  
omniũ aliarum  
religionum  
fratribus no-  
stris comunicantur.

**F**  
Tempore quo  
festa sũt lan-  
ctorũ nostri  
ord. tollitur  
interdictum  
in nostris  
ecclesiis.

**G**

Qualis elau-  
sula intelligi-  
tur semper  
in omnibus  
litteris aposto-  
licis sedis.

impetrandis semper & indifferenter intelligi de-  
beat, etiam si illa non sit apposita, huiusmodi clau-  
sula, ( de licentia superioris, & ea durante ) & li-  
teras illas omnes quæ hac clausula caruerint, decre-  
nit nullius fore valoris vel momenti.

**H** Anno 1517. Leo 10. concessit ord. fratrum Minori-  
um, quod celebrando vnam missam duntaxat ( &  
elemosyna æquiualens vnus Iulij illis non done-  
tur ) etiam si duas vel tres vel plures celebratum fu-  
erint occasione diuersarum vel plurium elemosy-  
narum, cum illa vna satisfaciant, &c. Habetur hæc  
bulla inter priuileg. ord. fol. 233.

**I** Anno 1519. idem summus Pont. concessit fra-  
tribus Minoribus, quod possent bona immobilia  
alienare, non obstante vltima testatoris volun-  
tate, & etiam quod non tenerentur introducere  
mulieres in monasteria, vigore cuiuscunque con-  
fessionalis.

Leo 10. summus Pont. viua vocis oraculo infra scri-  
ptas gratias concessit ordini fratrum Min. vt habetur  
in priuilegijs nostris fol. 245.

**K** Vt fratres illius ord. audire possint confessiones  
omnium & singulorum quarumcumque dicece-  
sium, & absoluere extraneos & forenses etiam in  
casibus quos dicecesani locorum, in quibus ad au-  
diendum deputati sunt, duxerint concedendos, &  
omni tempore præterquam in Paschate Euchari-  
stiam ministrare.

**L** Quod tempore interdicti, vel cessationis à diu-  
inis possint duo vel plures extra ecclesiam in domi-  
bus suis officium diuinum dicere, & quado in cho-  
ro fratres dicunt horas Canonicas, si à casu pœnit-  
entia interdicta aliquid audierint, non propter

incurratur aliqua censura. Nec teneantur euitare  
in suis domibus laborantes, diebus quibus labora-  
uerint, etsi non sint familiares, & seruitores con-  
trahendi, commensales fratrum: & eis soluatur sa-  
larium.

Quod fratres dicendo officium in choro siue  
extra, satisfaciant præcepto, cap. Dolentes. De ce-  
lebr. missarum, & regulæ suæ, etiam si propter ali-  
quam fatigationem vel aliam causam illud dicant  
deambulando, sedendo, vel non integrè proferen-  
do verba, prout sunt scripta, vel propter negligenti-  
am, vel imperitiam, vel malam pronuntiationem,  
&c. aut cum mentis distractione, vel sensuum eua-  
gatione illud dicant, dummodò non ex malitia id  
facerent, nec teneantur illud reiterare, qui cum ta-  
libus officium diuinum legerint.

**N** Quod si fratres siue propter febrem, aut dolo-  
rem intensum, vel aliam infirmitatem fuerint gra-  
uati & afflicti, satisfaciant, dicendo pro horis Ca-  
nonicis, Psalmos, hymnum, Pater noster, Aue Ma-  
ria, vel alia iudicio prælati, aut præsidis loci vel cõ-  
uentus assignanda, & hoc quando medicus ( si  
commodè potuerit haberi ) dixerit esse illi nociuū  
legere horas, & quod dicendo quinquies Pater  
noster, & Aue Maria. & in fine cuiuslibet Gloria  
patri, &c. lucentur indulgentias tam vrbis, quam  
etiam Portiuncule, siue Hierusalem, ac S. Iacobi in  
Compostella.

Quod quilibet illorum de obseruantia in sabba-  
to in Ramis palmarum dicens Psalmos pœnitenti-  
ales, vel quinquies Pater noster, cum tondè Aue  
Maria. ante sacramentum altaris possit liberare  
vnam animam à purgatorij pœnis. Sed talis ma-

M

N

Fratres infir-  
mi satisfaciēt  
præcepto de  
legēdis horis  
Canonicis, in  
paucula alia  
legentes.

O

In die Palma-  
rum si fratres  
nostri legunt  
quinquies Pa-  
ter noster, &  
Aue Maria.  
liberant vna  
animam à  
purgatorio.

Idem cōfec-  
sit in festis  
sancti Ioānis  
Euang.

die debet etiam pro SS. vnam coronā.B. Virgini  
dicere.Et quòd in die, sancti Ioannis ante Portam  
Latinam, & in festo eiusdem quod est 2. die post  
Natale Domini, idem possint, etiam indulg.

*Apostolorum ord. chorus præclarus.*

**A** **H** vius decadis, aut alicuius vicinæ temporis  
quantum conicio, ædificari cœpit in regione  
Cathalonix conuentus de Palhaetz, à quodam re-  
nerando patre Cathelano, qui fuit dictus frater  
Gacete, & fuit vir bonus, & concionator optimus.  
Quo è viuis raptò cœpta ædificia prosequuntur  
ex piorum fidelium elemosynis frater Gaspar de  
Solier, M. in Theologia eruditus, & euangelista  
excellens. Porrò primorum fundatorum illius con-  
uentus intētio fuit, vt ille Schola Christi diceretur,  
& ex illo ad circumuicinas partes omnes, euangeli-  
stis alioqui viris destitutas, tunc temporis prode-  
rent complures ad diuinum semen vbique disse-  
minandum. Et ideo scholæ Christi nomen obui-  
nere debebat conuentus ille, quòd foret fundan-  
dus talis, vt 72. haberet religiosos, ad instar 72. Apo-  
stolorum Christi: & his insuper adiungendos  
quorum duodecim duodenarij Apostolorum col-  
legij, & duo alij quaternarij restantes referret im-  
pugnabilem, alter quatuor euangelistarum, & alius qua-  
tuor doctorū ecclesiæ, & sic ex tali societate Scho-  
lam Christi integram representante exirent optati-  
ssimi strenui, qui albescentem messem in quampluri-  
mis locis circumquaque in horreum Domini con-  
gerent. Sed dum præconcepta moles ad finem pro-  
duci non posse visa fuit, conuentus fuit mediocri-

rectus, in quo iugem Domino famulatum Domi-  
ni famuli & D. Dominici P. nostri filij præstant.  
Prædictos ergo duos venerandos patres Aposto-  
lorum ord. Coapostolos hæc nostra classis com-  
plectatur.

Frater Ioannes Hurtado Hispanus, vir religio-  
sissimus, & hoc tempore celebriate nominis valde  
conspicuus, hac iure optimo locabitur classe, cum  
& conuentum nostrum Salmantinum cui præfuit  
sua singulari religione & prudentia, mirum in mo-  
dum auxerit in regulari obseruantia, & aliquos  
conuentus provincix Portugallix visitans, & suæ  
religionis præstantis specimen magnum præbuerit  
& reliquerit, conuētum quoque aliquorum in ea-  
dem Hispanix provincia extractionis dicatur fuisse  
inter inferiores causa potissima.

Duo alij fuerunt per hæc tempora in Hispania  
viri celebres, vni nomē fuit frater Dominicus Mé-  
loza, alteri verò frater Paulus Legionensis, ambo  
viri vita & doctrina clari, & hic etiam prædicatio-  
nis gratia celebratissimus. Ille conuentum nostrum ord.  
apud Insulas fortunatas, hic verò in Montanis de  
Driedo, fundauit, & yterque in cæteris Apostolico  
muneri fecit satis. Apostolorum ergo ord. classis  
illorum cohonestetur memoria.

Frater Thomas Ortizius Hispanus, vnus ex pri-  
mis patribus nostri ord. qui Indorum corda predi-  
cationis vomere sulcarunt, dicitur fuisse conuen-  
tus nostri de Mexiquo velut primus fundator. A-  
postolorum ergo ord. virorum Apostolicus vir  
ingrediatur & ille classem.

B

C

D

*Euangelistarum acies.*

**A** **I**N Teutonia famosissimus erat per hæc tempora concionator & doctissimus frater Ioannes Tezellius, cui propterea Reuerendissimus Mogunensis Archiepisc. indulgentias quæ à sede Apostolica prodierant, publicandas commisit anno 1517. antea circiter. Ob quam causam Martinus Lutherus indignatus, virus contra ecclesiam & fidem Catholicam animo conceptum cœpit euomere, & hæretica sarcha factus pestilentissimus, à Sathana vi sua tartaræas ædes populo magis refertas redderet, ad hoc munus fuit subornatus.

**B** In Gallis eximij nominis fuit frater Guillelmus Pipinus Ebroicensis, & frater Guillelmus Paruiri doctrina & diuini verbi gratia spectatissimi & admodum facundi. Et ille quidem plurima edidit concionum volumina, hic verò à Christianissimo Francorum rege suæ iuuentuti moderanda fuit præfectus.

**C** Neapoli hoc tempore claret frater Hieronymus Monopolitanus, sacræ Theologiæ professor eruditissimus, & inter concionatores optimos celebratissimus, cuius doctrinam & in dicendo faciendam, & vbertatem cum multa venustate coniunctam adhuc hodie Neapolitana ciuitas & totius Apulæ regnum plenis buccis personat.

**D** In Hispania celebris famæ & religione ac diuini verbi gratia conspicuus per hæc tempora fuit frater Paulus de Legione. Qui vir fuit valde pius & deuotus, & vt tales, dæmonum tentationibus pullatis, sæpius & singulis diebus ( si concionari non daretur ) cõcionem ad minus debebat parare,

quasi scrupulo tangeretur, munus illud nõ exercere dietim ad quod ordinem nouerat institutũ. Inerat illi etsi in omni materia dicẽdi multa, specialior tamen & vehementia maior, cum vel de iudicio extremo, vel de pœnis inferni, & de similibus cõcionabatur: & mirum in modum tunc auditores consueuerat commouere. Qui etiam spiritu prophetiæ à Domino Deo adornatus fuisse fertur.

Frater Gasias Vaion etiam in Hispania claret, vnus ex concionatoribus non infimis reputatus. Et sicut illius fama etiam exterorum terras replet, sic quoque in Teutonia frater Conradus Nicrosius mirus euangelistes habetur, adeoque exterorum corda commouet sua fama, vt cuncti illius auditores fieri desiderent.

Florent etiam in Italia frater Philippus Mosorus, frater Matthias Pontecuruus, & frater Calimerius ex Monte-Claro, ( territorium est Brixiense ) insignes Dei præcones, & vitiorũ oppugnatores acerrimi. Et primus quidem ( teste Leand. Bononiensi ) Cithara huius ætatis vocari consueuit, postremus autem per 40. annos vbique gratus & famosus, per totam Itaham prædicasse dicitur ardentem & fructuosẽ.

Quemadmodum Saxonia tulit venerandos patres fratrem Ioãnem Lieheuez, & fratrem Ioãnem de Nurbug, cõcionatores suo tẽpore celebratissimos, sic quoque ampla Polonia fratrem Paulũ Bucha, & fratrem Ioannem Cracouiensem, & fratrem Martinum, & fratrem Ioannem Magij Lmiza, viros omnes doctrina non ignobiles, & verbi facundia & gratia claros. Quia verò arbitrõr, aliquibus horum loca alibi conuenire extra istus decadis

tempus, illis assignentur, vt correctiora postmodum prodeant vniuersa.

*Doctorum cætus insignis 1510.*

**A** Illustrem admodum hâc doctorum classem efficiunt Reuerendissimus Dominus frater Thomas de Vio Caietanus, Cardinalis S. Sixti, vir immortalis memoria dignus, frater Siluester de Priore, frater Guido Ebroicensis Gallus, frater Albertus Venetus, frater Ambrosius Alemannus frater Antonius de Parma, & frater Antonius Ferrariensis, frater Matthæus Mazotus Bononiensis, frater Fredericus, episcopus Fulginësis, & frater Georgius Mediolanensis omnes etli doctrinæ merito impares, tamen multum fulgidi, vt quæ conscribere, attestantur volumina.

**B** Frater Petrus Cordubensis Hispanus, vir scientiæ & vitæ exemplo insignis claret. Qui ad insulas maris Oceani sub torridam zonam missus, diligentissimè & magno cum fructu in vinea Domini laborauit, & in arctissima regulari obseruantia aliquot nostri ord. conuentus erexit. Quamobrem etiam in Apostolorum ord. classe illi locus debetur.

**C** Frater Hieronymus Vercellensis, & alius sicut cognomento Fautonus Vigleuanensis, & alius cognomento Fornarius, frater Iacobus Hochstratanus Coloniensis, Ioannes de Neapoli, frater Ludouicus Compagna Veronensis, frater Ludouicus Venetus, frater Matthæus Bädellus de Castro Nouo, frater Michaël Sarauantius, Thomas Brixianensis, Valentinus de Camerino, frater Vincētius

Placentinus, & frater Zenobius Aciolus Florëtius, viri sunt omnes quibus & præsentis ætatis homines debent quàm plurimum, nec minus posteris propter doctrinæ præstantiam, quam alius viua voce, alius scripto communicarunt.

*Pastorum acies pulcherrima 1510.*

**M** Icâtissimum illud religionis nostræ sidus frater Thomas de Vio Caietanus, vir doctrinæ eminentis, existens nostri ord. generalis M. à Leone 10. summo Pont. Cardinalis creatur anno Domini 1517 sub titulo S. Sixti, & mox in Germaniam legatus mittitur, ob causam Lutheri, qui tunc recens prodierat. Et post multa ibidem eo in negotio acta per D. Caiet. sed non subsequuto effectu qui oprabatur, quoniam Lutherus ibi principes magnos habebat fautores & patronos, Romam tedit. Vbi obiit anno 1531. & sepultus fuit in nostro conuentu super Mineruam ante fores ecclesiæ in locum humili, prout ipse viuens fieri mandaratum.

**B** Frater Nicolaus Alemanus Archiepiscopus Capuanus claret. Cui si etiam adiungitur (qui circa annum 511. ex Armeniæ partibus Romam peruenit) frater Gregorius eiusdem Armeniæ episcopus, à Iulio 2. summo Pont. confirmatus, binarius conficitur pastorum non obscuri nominis.

**C** Claruit etiam hoc tempore frater Thomas Bergonësis, episcopus Ceruësis ecclesiæ & frater Matthæus Lulmus episcopus Laodicensis, vterque vir grauitate morum & doctrina clarus. Et ille Romam obiit anno Domini 1515. hic verò, quippe qui vir erat rectus & constans & in aduersis animo inflexus, quia conciliabulo Pisano contentis noluit,

multa pertulit, & fuit ab illis in exilium missus.  
Obiit Mediolani, anno 1512.

**D** Anno 1513. frater Ludouicus Viterbiensis Antistes Signinus diem clausit extremū. Et circa idem tempus etiam obiit Romæ frater Paschasius Hispanus Burgensis ecclesiæ Antistes venerandus, & vix inculpatæ. Ambo fuerunt viri spectatissimi, & pastores optimi.

**E** Anno 1515. frater Augustinus ex Iustiniana Genuensium nobili familia ortus, sit Neuiensis ecclesiæ Antistes, & eodem etiam tempore claruit frater Fredericus Fulginensis episcopus, ambo fuerunt fama præclari, & vt pastoralis regiminis muneri facerent satis studiosissimi.

**F** Huius decadis tempore, aut sequentis, fuit ad episcopalem sedem euectus à Serenissimo Portugalliæ rege frater Eduardus Nunius filius conuentus nostri S. Mariæ de Misericordia de Aueiro. Is fuit vir honestate morum ac doctrina præditus, ac vnus ex primis qui illis in partibus nostris temporibus Christi euangelium disseminarūt, & postquā per annos aliquot ibi in hoc opere insudauit, ad conuentū suum rediens, diē in illo obiit extremum. In cuius laudem epigramma tale cōposuit vatum doctrina, tū religione & morū grauitate satis notus, frater Lupus de Aueiro eiusdem conuentus etiam filius, & Magister in Theologia doctissimus.

### Epigramma.

*Virtutum specimen iacet hic ex præsul Romæ,  
Qui primum sacris inuitauit eos.  
Indorum populos quos Lusitania vicis,  
Is Eduardus erat religioe sacra.*

*Infractos Mauros postquam non vincere posse  
vidit, ad imperium principis ipse redit.*

*Quem domus hæc genuit, busto hunc suscepit auito,  
Religio hic peperit, Religio hic tumulat.*

**G** Frater Theodoricus Fauentinus eiusdem ecclesiæ præsul, frater Thomas episcopus Senensis, frater Dominicus natione Hispanus Syracusanæ ecclesiæ moderator, frater Papparinus Romanus Spoletinus Antistes, & frater Adomarus episcopus Othchanus quia diu prætolantur. & per quasdam umbras nos sibi ipsis iniurios esse infimulare videtur, quod eos tanto tempore detineamus suspesos, hinc iam collocentur, singulos tamē suis sedibus & temporibus quibus claruerunt, restituendos fore protestor (si hinc illis non competat locus) cum de eorū antiquitate certum quidpiā statuere dabitur.

*Beatorum sacer conuentus 1510.*

**A** Nno 1518. floruit in prouincia Hispaniæ in cōuentu nostro Salmatino, quidā religiosus cōuersus qui frater Matthias vocabatur. Is vir fuit humilitate & patientia mirus, simplicitate cæterisque virtutibus omnibus adornatus, & inter alia præclara quæ de illo referuntur, etiam præditur, quod nesciens legere, quotidie officium maius & minus, quod clericos religiosi mos est dicere, & etiam officium mortuorum, memoriter recitabat.

Circa annū 1515. celebratissima fuit in Hispaniis nostri ord. soror quædam nomine Maria de S. Dominico, virgo sanctitatis eximie, & apud omnes sanctissima reputata. Quæ breui tēpore in solitudine



Maria de 5. prouide oppidū Petre. Fixe monasteriorū crexit, & in illud ultra 100. virgines, easque splendore sanguinis claras, adduxit. & omnes nostræ religionis si-  
 scepro habitu sub tanta religionis obseruantia, & spiritus feruore, & austeritate in victu & vestitu uigiliis & in omnibus aliis ad religionem spectantibus Deo inferuebant, vt ordinis primordia uideretur referre. Quod etiā Domini nostri Iesu Christi sacris stigmatibus insignita fuerit per annos aliquot, proditur.

*Communia.*

**A** Anno 1523 electus fuit summus Pont. Clemens 7. Qui primo anno sui pontificatus litteras emisit, autenticas canonizationis D. Antonini Archiepisc. Florent. quoniam Adrianus 6. (qui eum inter duos retulerat) antequam litteræ tales fuissent formata, obierat.

Idem summus Pont Clemens 7. prouinciam Lombardiæ nostri ord. paribus fuit anno 1528. in duas, scilicet Sancti Dominici, & S Petri Mart. vel (quod idem est) in Lombardiam superiorem, & inferiorem. Congregationem quoque Tusciæ vel sancti Marci erexit in prouinciam Romanā reformatam. Quibus tribus prouinciis Apost. a uthoritate moderatoris præfecit. Attamen paulò post patres Lombardi obtinuerunt ab eo, vt utraque Lombardia integra sub vno maneret capite, & qui in illa essent conuentus non reformati, sub altero direttore forent, qui solū vicarij gauderet titulo.

**B** Anno 3. sui summi Pont. statuit Clemens 7. vt fratres nostri ord. qui ex cōcessione Apost. licentia haberent manendi extra domos ord. cum in ciui-

tanbus & locis forent in quibus essent d. mus congregationis Lombardiæ, publicè pallium & birretum tenerentur deferre, aliàs capi possent à nobis & puniri.

*Apostolicus ordo 1520.*

**A** D hanc vel ad sequentum Apostolorum ord. pertinet decadē, quod frater Didacus de Bermudes natione Castellanus, vir religionis multæ & in verbo Dei declamando non obscurus nec infrustruosus in Indias Orient. regis Portugalliæ profectus ibidem trium nostri ordinis cōuentuum fuit fundator præcipuus, illius scilicet qui situs est in ciuitate Guoenli, & qui in oppido quod dicitur Cochinum, tertij verò in oppido Chaul nūcupato. In Malacham verò etiam religiosos direxit, qui ibidē cōuentū fundarēt. Hac ergo natione, & quia Apostolici viri præcipuum munus exercendō, fuit singularis, hac Apostolorum ord. classe maneat.

*Euangelistorum acies insignes 1520.*

**A** Frater Benedictus de Floriano Magister in Theologia, & concionator excellens floruit: sed dum Florentiæ prædicat summo cum omnium applausu historiam archæ Noë, & d. fertissime eotēpore quo Florentia à Pontificio & Castaréo milite obsidebatur, malo suo & multum temerè à tali archa (quam ipse Florentiam intelligi exponēbat) mulum excludendum, populum hortatur.  
**B** Frater Ioannes Fabrianensis, & frater Nicolaus de Valle Arni (locus est in territorio Florentino) de

frater Valerianus Soncinas, frater Bernardinus Soncinas, & frater Philippus Bozulus, viri litterati, eloquentes, & concionatores egregij & famosi, in diuersis Italiae partibus clarent.

**C** Per hæc & vicina tempora Aragoniæ provincia letatur se habere concionatores famosos & doctri-  
na fulgidos, fratrem Raphaëlem Monerium, & fratrem Ioannem Sarrial, qui ambo fuerunt diuersis temporibus eiusdem provinciæ moderatores, & viri religione, & verbi gratia præstantes.

**D** Frater Ludouicus Castellanus, M. in Theol. vir Dei euangelistes doctissimus & clarissimus, in provincia Aragoniæ non secus ac cælestis concinator auditur. Cui si coniunguntur frater N. Mengorus, & frater N. Billar natione Cathelani, & frater Petrus Boxo patria Peripiniensis, omnes tres M. in Theol. & concionatores eximij & disertis, societas quædam numero parua quidem, sed virtute magna concinatorum præclarissimorum conficietur.

**E** Sed & frater Gaspar Solier, etiam Cathelanus M. in Theol. & concinator mirabilis in eadē Aragonia, inter plurimos alios non secus ac sol inter stellas fulget, & vbique habetur celebratissimus. Qui etsi in quavis alia materia concionando disertus fuit, doctus, & vehemens, tamen vehementissimus erat & cælestis quædam tuba atrifona, cum vel de Passione Domini aut de extremo illi erat concionandum iudicio, & auditorum corda quantumuis marmorea commouebat. Fide dignorum relatu accepi, quod cum illi de his agendum foret, aliquantulum personæ ecclesiæ egredi iubebantur, ne nimia auditorum commotione, aut ipsius vehem-

mentia & exaggeratione, vilo modo periclitarentur.

**F** Ea Hispaniæ portio quæ Bæthica dicitur, hoc tempore habuit fratrem Albertū de Casaus Hispanensem (qui fuit etiam generalis M. ord.) virum vt de religione bene meritum, sic quoque doctrina clarum, & concinatorem præstantissimum. Cui Castillia vetus etiam fratrem Didacum de victoria socium iungit, eo quod euangelistes Dei sit valdè celebris, & vbique acceptissimus.

**G** Frater Thomas Ortizius Hispanus, vir religionis merito venerandus, qui vnus fuit ex primis patribus qui. Indorum Occidentalium dura corda verbo prædicationis perdomuerunt, in illis partibus fructuosus concinator reputatur.

**H** In Portugallia per hæc tempora latratus assiduus & vigiles pro grege Domini emittunt, & doctrine radios micantissimos, frater Sebastianus de Aveiro vir religiosissimus, frater Thomas Natos, & frater Thomas de Quadros, omnes concinatores eximij, cunctis vbique gratissimi & fructuosi.

**I** Polonia tum plerosque alios, tum maximè nobis proponit fratrem Andream Fabri, fratrem Simonem de Petrosenaniam, fratrem Ioannem Zeizizium, & fratrem Rentigium, viros multis nominibus colendos, qui & indefesse laborant plebem Domino parare perfectam, & in ignorantie tenebris degentes inde euocare conantur, & ad viam veritatis reducere indefinenter student.

**K** Saxonia quoque tam olim numero & merito illustrium virorum felix & secunda, quam à tempore peruerissimæ falsitatis magistri Lutheri infelix, ob oculos ponit verbi Dei gratia conspicuos,

fratrem Ioannem Tezchelium, & fratrem Ma-  
cium Vveidas, quos suis locis prætermiffos, hic col-  
locare confultum duxi.

*Doctorem cætus eximius. 1510.*

**A** **F**rater Franciscus de Victoria nõ solùm in His-  
paniis, sed vbique celebratiffimus, frater Jaco-  
bus de Astudillo, etiam Hispanus, frater Con-  
rardus Collum Colonienfis, frater Hieronymus  
Monopolitanus Neapoli, frater Franciscus Ferrer-  
ienfis in Italia, frater Augustinus Iustinianus Ge-  
nuenfis, frater Bartholomæus Spina Pifanus,  
frater Chryfostomus Iauellus Canapicius, frater  
Ioannes Tabienfis, frater Ioannes Diatenber-  
gius, frater Ifidorus de Ifolanis, frater Nicolaus de  
Finali Mutinenfis, & frater Nicolaus Bagnatorius  
Brixienfis, omnes viri eximij nominis, doctrina  
præclari, & fcriptores eruditi, hæc tempora pluri-  
mùm illuftrant. De quorum operibus noftra Bi-  
bliotheca ord. confularur.

*Pastorum conuentus reuerendus. 1520.*

**A** **F**rater Garfias à Loafia cùm generalis Magifter  
foret noftri ordinis, fuit inde affumptus à Ca-  
rolo 5. in confeffarium, & Oponienfi ecclefiæ  
præfectus epifcopus, & poft eam anno Domini 1529.  
à Clemente 7. numero Cardinalium afcriptus sub  
titulo S. Sufanæ, & poftmodum Archiepifcopus  
factus Hifpalenfis. Hic fuit etiam à confilijs Caro-  
lo 5. & præfidens confilij Indiæ, & Commiffa-  
rius Bullæ quam Cruciatam vocât, etiam inquisi-  
tor generalis. Has quatuor voculas habebat ab

fuo figillo fculptas, confilium, labor, industria, fi-  
des Obit anno 1545.

**B** Huc etiam pertinet frater Nicolaus Alemanus  
Archiepifcopus Capuanus, & fanctæ Romanæ ec-  
clefiæ Cardinalis. Cui dum focium querimus cū  
quo leuandi animi gratia confabuletur interdum,  
præfto est frater Antonius de Auila, vir nobili fa-  
milia ortus, & Archiepifcopus Modonenfis in Gy-  
pro Neque illi habebunt fuo indignum confortio  
qui hoc tempore claret, fratrem Thomam de Sal-  
uatore Siculum Minorienfis ecclefiæ præfulem.

**C** Frater Ioannes de Peraza ex prouincia Bèthica  
deligitur à Carolo 5. vt fit Canariëfis ecclefiæ præ-  
ful, & illi in eadem fuccellit frater Ioannes Salmã-  
ticenfis. & hic etiam fuccefforem habuit fratrem  
Francifcum de Lacerda, & poft iftos eandem fu-  
fcepit ecclefiam gubernandam frater Melchior  
Canus.

**D** Frater Vincentius de Valle viridi Hifpanus quã-  
do primò inuentæ fuerunt ille Occidentales infu-  
læ, fuit factus epifcopus in ea quæ dicitur Del Peru:  
Qui in plantanda fãcra fide & in fuis pascendis  
ouibus, labores tulit quàm plurimos, & strenuam  
nauauit operam.

**E** Anno 1531. miffus fuit in Occidentales Indias di-  
tioni regis Philippi fubiectas, vt foret epifcopus in  
infula de Panamam frater Vincentius Peraza, &  
frater Thomas Taurinëfis, vt foret epifcopus Car-  
thaginëfis, & frater Garfias Vaijõ epifcopus Titu-  
laris Laodicenſis, qui fuerat concionator clarus  
tempore regum Catholicorum, cui illi contulerunt  
Abbatiam de Trianos, &c. Omnes hæ ergo viri in-  
ignes & pastores optimi pro fuis laboribus nunc

pascentur à Christo, vt piè de illis confidimus.

**F** In eisdem insulis Occident. in ea quæ de Cypri dicitur fuit factus episcopus frater Ioannes Flander, qui fuerat à multo tempore nutritus in Hispaniis, & ibi nostræ religionis habitum susceperat. Exus fuit vir simplex & rectus, & à sacris confessionibus Eleonoræ sororis Caroli 5. quæ primò fuit vxor Emanuëlis regis Portugalliæ, & eo mortuo Francisco regi Franciæ nupsit. Post hunc fratrem Ioannem Flandrum in eadem insula fuit factus Antistes frater Sebastianus Salmanticensis.

**G** Sed & frater Iulianus Garcez in eisdem insulis in ea quæ dicitur Tasqualla, in prouincia de Mexico episcopus creatur, & partes boni pastoris diligenter exequitur.

**H** Frater Vincentius Mutinensis, episcopus Signinius, frater Dominicus Coruara Genuensis, episcopus Sebastensis, & frater Thomas Florentinus, episcopus Caliensis, viri venerandi & spectabiles, qui à multo tempore prætolati fuisse videntur, vt tanquam condomesticos exciperemus, saltem vt hospites hic maneant. Eorum iustitiæ & nostrarum decadum rectori ordini cõsulet qui eos forsam hic minùs aptè positos, ad sua loca trãstulerit.

**I** Frater Ioannes Hurtago Hispanus vir claro sanguine ortus in sæculo, sed qui suis virtutibus clarior euasit in ordine, & maiorem nominis sibi comparauit splendorem, M. in theolog. fuit doctus, & insensissimus eorum hostis qui à sacra fide abstrabant. Vnde nec proprio pepercisse dicitur patri, qui captus vnus Iudææ nimia pulchritudine, & illius amore allectus etiam in Iudaicorum rituum obseruantiam venit. Qua de re ab hoc patre ve-

nerando qui illius erat filius, in accusationem vocatus, dignas sui sceleris dedit pœnas. Hic ergo pater religione præstans, & in imo profundæ humilitatis fundarus oblatum sibi Granatensem (opignor) episcopatum, vel aliquem alium à Carolo 5. constanter tenuit.

*Beatorum felix & sacer conuentus. 1520.*

**A** Frater Raimundus Tholosanus in Galliis, reformationis parens, ac fidei feruentissimus zelator, inquisitionis officium dum apud Tolosanos diligenter exequitur, exulare cogitur, & à patria ad domesticis exul factus moritur.

Raimundus Tholosanus.

**B** Frater Franciscus Cordubensis, vir doctus & valde religiosus dum in Indiis Occidentalibus in disseminando Christi euangelio desudar, & in infidelium conuersione indefesse laborat, ab illis pro fide Christi occiditur. Eum quoque per martyrij palmam aliquot eius securi sunt socij.

B. Franciscus Cordubensis.

**C** Anno Domini 1528. dominica infra octauas Epiphaniæ obiit in Portugallia in conuentu nostro Eborésis frater Petrus, qui cognominatus fuit Sanctus, ex eorum numero qui in religione dicuntur Conuersi. Qui vir fuit vitæ inculpatissimæ, & tam in vita eius, quàm in morte multa interuenerunt miranda. Hic fuit ex territorio oppidi de Auciro, & nostræ religionis habitum suscepit in conuentu nostri ord. nuncupato, Sancta Maria de Misericordia, & est situs in prædicto oppido. Qui conuentus vnus est ex illis in quibus semper regularis disciplinæ obseruantia viguit plurimum, & ex quo aliquando ad petitionem Catholicorum regum

B. Petrus conuersus Portugallus.

Ferdinandi & Elizabet suæ consortis. Emanu-  
 rex Portugalliæ octo patres graues & multa reli-  
 gione claros, & ex conuentu de Benfiqua quatuor  
 equè venerandos misit in Castilliam reformatio-  
 nis ergò. Is ergo frater Petrus religionis nostræ si-  
 scepto habitu & vocationis suæ temper memo-  
 perdurans, de virtute in virtutem in diesibat. Fuit  
 ieiuniorum obseruantissimus, à carniū & vini  
 vsū perpetuò abstinens, vt sic carnem domatam  
 & Dei iugo magis subiectā haberet. Fuit quoque  
 orationi deditissimus, & ad quiescendum de no-  
 cte vix locum proprium nouerat, sed lassā mem-  
 bra vt reficeret aliquantulum super nudam hu-  
 mum in ecclesia cubabat. Dies expendebar in illis  
 quæ illi obedientia iniungebat, noctes verò oran-  
 do, & discipulis carnem suam macerando. A  
 dæmonibus fuit sapius inuasus, in variis illi si-  
 guris apparentibus, vt illum territarent, & ab ora-  
 tione impedirent, ac veluti alter Antonius in ere-  
 mo diris flagris affectus. Qui & interdum illi ac-  
 clamabant, omnia eius opera vana esse, & in cas-  
 sum fieri, quia erat de numero damnandorum.  
 Quibus ille, Aliud, spero, faciet Deus qui pro me se  
 mori obtulit. Officium portarij primò in conuen-  
 tu prædicto de Aueiro, & postea in conu. ntu Ebo-  
 rensi tanta cura & erga Christi pauperes tāa cha-  
 ritate exquebatur, vt pater pauperum fuerit cō-  
 muniter dictus. Vnde in eius obitu cunctorum cir-  
 cunquaque pauperum innumera conuenit mul-  
 tudo, turmatim ad sidera vsque voces attollen-  
 tium, quòd eis suus auferebatur pater. In illo autē  
 Eboracensi conuentu licet ter in hebdomada foret  
 permixtus carniū vsus, ipse tamen etiam ibi

dem his abstinuit, solum oleribus aut fructibus lo-  
 to condimenti contētus, nisi quòd forsā interdū  
 ei aliqua pisculenta dabatur portio. Cū verò re-  
 ligiosus aliquis moriebatur, ille supra, aut prope  
 fossam defuncti de nocte cubabat ad tempus ali-  
 quod, & eas ibi persoluabat orationes quas secun-  
 dum morem ord. suffragiis tenebatur pro illius a-  
 nima recitare. Qui etiam sui obitus diē cū sanus  
 foret, prædixit, & multarum rerum fuit vates cer-  
 tissimus. Cūque ille obiit, fuit inuentum, quòd  
 cilicium quòd tam à multis annis fuerat vsus & præ-  
 cinctus, ad eò suæ carni inhaeserat, vt vix potuerit  
 ab illa separari. Quod hodie in conuentu Monia-  
 lium nostri ordinis Ebo rensi custoditur, & in ma-  
 gno (vt par est) pretio habetur. Ea etiam die  
 qua obiit, tantus fuit & religiosorum fletus, &  
 omnium qui vndequaque ad eius exequias con-  
 fluxerāt, vt religiosi vix potuerint funerale officium  
 absoluerē. Cūque religiosi ea die præ nimio mœ-  
 tore cibum sumere nolent, qui conuentui præerat  
 vniuersa quæ fuerant pro conuentu parata ciba-  
 ria pauperibus mandauit distribui. Quod eam ali-  
 quot patres venerandi illius conuētus exequi vel-  
 lent in porta conuentus, tantus fuit de nouo pau-  
 perū omniū astantiū fletus, vel potius eiulatus, qui  
 sui patris obitū deslebant in altū emissus, vt nullis  
 possit exprimi verbis, &c. hæc Andreas Resendius  
 in vita eius quam Portugaliēsi idiomate cōposuit,  
 iuramento affirmans in illa, quòd nihil in ea refer-  
 nisi quod tanquā testis oculatus de illo cognouit.  
 Magnæ quoque per hæc tempora sanctitatis  
 fuisse in eadem prouincia Portugalliæ in conuen-  
 tu Vnaarenēsi fertur, frater Gocallus sacre Theo-  
 galus.

D

F. Gandissal-  
 uas Portu-  
 galus.

logiæ Bacchalaureus. Hic cum die quadã quæ  
pectabatur concionaturus deesset, subito ambo  
conscendit: & cum diei ratio id minimè ferret, pro  
themate concionis sumpsit. Gaudent in cælis ani  
mæ sanctorum, &c. ac multa protulit de superna  
rum ciuium gloria. Post illius finem inde ex sugges  
sto per alios deductus, infra vnum & alterum die  
obiit. Adimpletum autem fuisse videtur tum illud  
quodd sæpius ab eius ore prolatum audierant  
vniuersi, quod vel in choro, vel in altari, vel in sug  
gesto dies suos deberet concludere. Nonnulla mi  
raculis similia de illo referuntur.

**E**  
Frater Iohan  
nes Licho.

Ad istam decadem, vel ad aliquã ex vicinis, per  
tinere videtur, quod Ioannes Licho Cacabensis in  
regno Siciliæ, in conuentu nostro Cacabensi san  
ctę Marię de Angelis obiit bonis operibus plenus,  
& ibi speciali deuotione colitur: & beatorum nu  
mero ascriptus reputatur.

**F**  
Frater Tho  
mas de tan  
ta Maria.

Dum incertum habeo quò tempore obiit fra  
ter Thomas de S. Maria, qui cognominatus est  
Sanctus, hinc eum locare decreui. Vir fuit grauissi  
mus, aliquando prouinciæ Hispaniæ moderato  
r, quam pedes, non autem in equis vel curribus visi  
tabat. Fuitque à sacris confessionibus Principis  
Portugalliæ, quæ postmodum nupsit Philippo re  
gi Catholico. Fuit vir sanctitatis eximie, & in ei  
us obitu etiam miracula, aut iis similia non de  
fuisse referuntur. Quod autem loco miraculi pe  
nè habendum videtur, est, quod ipso vix animam  
efflante in oppido dicto Tordezillas, vniuersi  
populus quodam instinctu diuino impulsus fuisse  
videtur ad intrandum conuentum nostrum in  
quo obiit, & corpus illud exosculandum, & vt ali  
quid illius

quid illius consequi posset quisque, quod sibi pro  
sacris reliquiis reseruaret. *Communia.* 1530.

**A**  
Psa rerum in signiter gestarum narratio requi  
reret, vt hac in decade vel in aliqua ex vicinis  
specialis mentio fieret eorum, quæ nostri ord. pa  
tres tam in Orientalibus, quàm in Occidentalibus  
Indiis gesserunt strenuè, Christi euāgelium disse  
minantes ibidem. Et quidem si nostra euulgare ef  
semus solliciti, multò plura & maiora recensere  
possemus: & multò plura adimplere volumi  
na. Cupio tamen in visceribus Christi, vt qui in  
illis partibus præsumt nostro ord. solitudinem  
gerant ad Dei gloriam, & ædificationem multo  
rum, aliquibus viris doctis & industriis committe  
re, vt de sacræ fidei plantatione illis in partibus, &  
ministerio quorum illas ad se traxerit Deus, & alia  
his annexa, & etiam quæ huius nostri Chronici  
classibus augendis possint esse opportuna, scripto  
mandanda committere. Suffecerit autem mihi  
paucis in præsentiarum adnotare, quod vnus ex  
primis euangelij disseminatoribus qui fuerunt no  
stro tempore, ad Orient. Indias missi, fuit frater  
Eduardus Nunius Auriensis conuentus filius, cu  
ius nuper meminimus. Alij frater Didacus Ber  
mudes Castellanus frater, Ignatius de Puri  
ficatione, frater Franciscus de Macedo, frater  
Emanuel de Serra, & frater Antonius Pegado,  
& frater Ferdinandus de S. Maria, & multi alij,  
viri multis nominibus venerandi. Nostorum ita  
que ministerio in tractu Endensi innumera gen  
tium multitudo, multi reges & principes per spa  
tium circiter centum leucarum ad fidem Chri  
sti peruenere. Eorum etiam solo ministerio

insulam totam quæ de Solor nuncupatur (quæ amplissima est) & plures alias vicinas, & earum præfectos, quos ipsi vocant Sanguæ de Pate, etiam pater cælestis ad Dei veri cognitionem pertraxit. Quid verò de insula Guoenfi referat? hæc in initio fuit fratribus nostris commissa, & veluti sorte distributa, qui ad eò se strenuos præstiterunt ea in re operarios, vt iam huius anni 1578. currentis tempore (vt ab aliquibus didici) ea tota ferè sit ad fidem conuersa, infidelitate profus deleta. In ea autem nostri ord. fratres septem domos habere dicuntur, & eorum informationi insudare perpetuo. Ad hæc etiam plerique per loca varia discurrentes & verbo, & vitæ exemplo numerosissimam illorum infidelium multitudinem informarunt, & ad ouile Christi perduxere.

*Apostolorum ord. chorus præclarus. 1530.*

**A** Nno Domini 1530. fuit ord. nostro concessus locus ad erectionem conuentus Neapoli ab illustri Domino Marchione de Vasti, D. Alphonso Daualos Aquinate, sub titulo & protectione D. Thomæ Aquinatis, & hac in re plurimum laborauit M. frater Stephanus de Cassano, & M. frater Ambrosius Saluius, quos proinde, & quoniam in aliis Apostolicorum virorum functionibus satisfecerunt, inter Apostolicos ord. viros collocare iuuabit.

**B** Huius tempore decadis in regno Siciliae apud Sattam Monasterium nostri ord. sub titulo S. Dominici nuncupatum, opera & industria fratris Thomæ Fazelli Siculi extructum est, (vt ipsemet lib. 6. de rebus Siculis decade prima testatur) & r.

ind pro Monialibus sub nuncupatione S. Mariæ de Pafmo conditum à Francisco Fazello, qui erat ipsius fratris Thomæ patruus (vt ibidem dicit.) Ea propter hilariter ille in Apostolorum ordinis collegium admittatur.

**C** Anno 1537. aut circiter, Ioannes 3. rex Portugalliae ad componendum præsertim dissensiones quædam quæ inter aliquot eiusdem provincie patres vigeant, & reformandum qui ex ea radice pullularant mores prauos, ex Castilia in Portugalliam aciuit patres aliquot. Inter eos autem præcipuus, & auctoritatis maioris, fuit frater Hieronymus de Padilla, qui aliquot annis eiusdem provincie sub titulo tamen solum vicarij generalis, supremam auctoritatem tenuit: & postmodum fuit illius factus provincialis. Et sui muneris functioni recte multum accessit ex eo quod erat ille M. in theologia eruditus, & Dei euangelistes prædicatus. Obiit in conuentu nostro de Aueiro, anno 1544. maximum sui cunctis desiderium relinquens. Cui frater Christophorus de Balbuena successit in officio, sed nec ille diu supervixit. Et postea eandem functionem obiere, frater Franciscus de Bonadilha, pater Ioannes de Salinas, & frater Ludouicus Granatenis, omnes M. in theolog. eruditi & viri grauissimi, & religione præstantes. Quibus omnibus quod hæc nostra provincia plurimum debeat (quia fuerunt in ea religionis cultores strenui, & reformatores eximij) non possumus negare, nec volumus. Per hoc autem quod patres Castellani hunc subiere laborem in Lusitania his temporibus reformanda, se præstiterant homines gratos mutua charitate reddentes

in Lusitania bonum ea religionis obsequia & virtutum exempla quæ religiosissimi & prudentissimi patres illi quorum antea meminimus assumptis religiosissimis nostris conuentibus de Aueiro & de Benfiqua tempore Catholicorum regum D. Ferdinandi & Elizabethæ suæ consortis, regū Castellæ in Castellæ bonum vicissim, illam reformando summa cum laude & admiratione omnium præstiterat rerum inter hos & illos morū & religionis collapsæ reformatores illud discriminis est, quod Lusitani qui ex Portugallie prædictis conuentibus tempore Catholicorū regum Castellæ iuerunt ad Sillam reformandum, vel quia nouerant nihil ad hoc utilius quā cūm volētes volētibus præfint, vel quia non ita natura imperare ambiunt, vel gestūt, vel quia præponebant ditam agere priuatam cum tranquillitate, quā imperando sollicitudinibus & curis plenissimā, ea in re nō multa tēpora insumpsere & suapte sponte Castellæ præesse, recusarunt, sed reformatione facta ad propriā rediere. Castellani autem tempore Ioānis 3. Portugallie regis, ex Castella in Portugalliam asciti, non nisi vel morte media, vel imperio illis ablato illud reijcere voluerunt vnquam, neque Portugalliam relinquere. Neque est quod quispiam miretur quod Lusitani qui prius Castellā reformauerant, fuerint postea à Castellanis reformati. Nā ea est humanarū rerū omnium conditio & natura, vt ad instar Oceani maris fluētis & refluētis nunc vnū, nunc aliū sortiantur statum, & vniuersarum mortalium rerum sit vicissitudo mirabilis, & id tam in aliis rebus conspicitur, quā in moribus. Quod autem est summe curandum à nobis omnibus; qui sub vnius ducis saluē

diui Dominici patris nostri, vexillo militamus, vt illius copię omnes valeant. recto ordine disponantur, sui ducis iussa capeant & compleant, ac deum in omnibus suo fini respōdeant. Et si forsitan harū aliqui vel prouinciæ aliquot ab hoc fine deficiant, aliæ quæ Dei beneficio consistunt personæ vel prouinciæ illarum quæ collapsæ sunt prospiciant bono quantū in ipsis fuerit, & recte ordinatū exēplo prouocantur aliæ & ad rectū ordinem redeant, & rogetur Domin⁹ Deus vt si quosdā nostrū cōterat, vt est apud Iob. alios stare faciat pro nobis.

Frater Gasias à Loaisa conuentus nostri qui est in Talauera, pro magna parte saltē fundator fuisse dicitur. Nam ecclesiam, claustrum & nonnullas illius officinas multis sumptibus construxisse fertur. Emit etiā redditus mille ducatorum in eadem ciuitate ad tradendū nuptui orphanas & quingentos coronatos etiā annuatim ibidē inter pauperes distribuendos, totidē verò aut plures annuos redditus reliquit nostri ord. collegio Cōplutensi iure optimo ergo ille inter Apostolicos viros ordinis computabitur. Et cū non solum de religione nostra, sed etiā de republica Christiana benemeritus fuerit; memoria hominum meretur non excidere.

Per hæc tempora aut his vicina fundati fuerunt nostri ordinis conuētus aliquot in Occidental. Indis regi Philippo subiectis, in regno del Peru Nā in ciuitate Cuz, quia conuentū fundauit Fr. Ioannes de Olias, & alium in ea quæ regum dicitur. In ciuitate autem Chuquito conuentum erexit Fr. Thomas de S. Martino. In ciuitate Guamangua alium extruxit Fr. Martinus de Esquiuel. In oppido dicto de Chinqua alium fundauit Fr. Dominicus de S.



Thoma, & alium in oppido dicto de Chicama. In ea quę dicitur Arequipa, & in ea quę dicitur Leo de Guanuco, sunt etiam conuentus nostri quos fundauit Fr. Petr<sup>9</sup> de Vlloa. In oppido nũcupato Quitto, est alius conuentus quem erexit Fr. Alphonsus de Monte-Nigro. Hos ergo patres venerãdos, religionis nostrę cultores egregios, & de illa hac etiã ratione benemeritos, cur in Apostolor. ord. classe non locabimus? Petrus de Cieca in suo Chronico quod scripsit Hispanicẽ de India del Peru.

*Prophetarum sedes.*

**A** Fratrem Paulum de Legione Hispanum, virum religione præstantem, etiam hoc dono spiritus fuisse à Deo decoratum, grauium aliquot personarum relatu percepi.

*Euangelistarum acies insignis. 1530.*

**A** Frater Thomas Caiianus, & frater Cherubinus, ambo Florentini, in concionibus ad populũ diferti, facundi, & famosissimi habentur: quos etiam binario alio amicabiliter coniuncti comitari desiderant, qui & ipsi sunt præcones Dei præstantes & fructuosi, frater Ioannes Petri Siculus, & frater Ioachimus Papiensis.

**B** Frater Antonius ex oppido Claro (est in territorio Brixienfi) frater Marcus Cathanus Genuensis, frater Thomas Hipporiensis, & frater Michael de Colonna, M. in theol. in Sicilia clarent & verbi Dei præcones habentur celebres, & vbiq; gratissimi.

**C** Frater Thomas Cospius Bononiensis, Fr. Thomas Fauëtinus, frater Gabriel Saluianus, frater Antonius Bergomensis, frater Baptista Casalensis, & frater Baptista Salodiensis, concionatores sunt qui

eum magnis & eloquentiã ac diuini verbi gratia fulgentibus possunt quodammodo de maioritate certare, vel saltem illis non faciliẽ cedere clarent.

In Portugallia hæc & præcedentia tempora nõ parum illustria reddidere frater Georgius Vogado, & frater Franciscus de Vargas, viri hac ætate grauissimi, quorum primus præter hoc quod fuit aliquando prouincię moderator, & Emanuëlis regis Portugallię Confessarius, fuit etiam concionator indyctus. Secundus etiam fuit autoritatis magnæ apud principes, & concionator insignis.

Frater Zacharias de Luna ab oppido quod est in Genuensium ditone situm, sic nuncupatus, & frater Petrus Martyr in regno Cypri, concionatores docti & egregij & fructuosi, hæc tempora suis concionibus feruidis indefinenter illustrant.

In prouincia Aragoniã exiuij nominis sunt & magno in pretio habiti, Fr. Hieronymus Augustinus Cesaraugustanus, & Fr. N. Oliuar, Magistri in theol. & Fr. Thomas Gusmanus natione Castellanus ternarium efficiunt selectissimum siue eorũ doctrinam consideremus, siue dicendi vbertatem & venustatem, siue alia quæ sunt huius muneris functioni legitime obeundæ opportuna.

*Doctorum copia.*

1530.

**F**rater Alphonsus Pelargus, frater Antonius de Brixia, frater Dominicus Buccius Catharensis, frater Ioannes Huldërici Basiliensis, & frater Santispagninus Lucensis, omnes viri doctissimi, & merito plurimum obseruandi, suæ doctrinæ radios emittunt micantissimos.

*Pastorum turba veneranda.* 1530.

**A** Frater Nicolaus Frombergius, natione Suevum, postquam in Romana curia fuerat procurator ord. fuit factus Archiepiscopus Capuanus, & postmodum à Clemente 7. vt aliquibus placet, v. l. vt aliis, à Paulo 3. Cardinalis creatus. Romæ obiit anno 1537. & sepultus fuit in conuentu nostro super Miueruam.

**B** Frater Ioannes Aluares de Toletto, illustrissimi ducis Albani filius fit primò episcopus Burgenfis, & postmodum Archiepiscopus Compostellanus, & anno Domini 1538. à Paulo 3. Cardinalis sub tit. S. Sixti, & postmodum sub titulo S. Clementis, ac demum episcopus Albanus & Tusculanus. Obiit Romæ, anno 1557.

**C** In Indiis Occident. imperio regis Philippi subiectus frater Hieronymus de Loanisa, postquam per tempus aliquod Carthaginensis ecclesiæ præfulatum tenuit, & illam administrauit sedulo, fuit factus Archiepiscopus in ciuitate quæ regum dicitur, & frater Alphonfus de Montufar, fuit creatus Archiepisc. in Mexiquo; & vterque vt Domino rationem rectam suarum onium reddere posset, in nihilo sibi pepercit.

**D** Anno etiam 1533. fuit electus in episcopum Del Cuzco in eisdem Occident. Indiis frater Vincenius de Valle-Viridi, & eodem anno vt foret episcopus de Panama, frater Thomas Berlenguanus. Anno 1530. obiit frater Thomas Ortizius, existens episcopus sanctæ Marthæ. Omnes pastores venerandi.

*Beatorum sacer conuentus* 1530.

**A** Frater Dominicus de Monte-Maiori, vir multæ religionis, & sancti Rosarij beatæ Virginis deuotissimus proclamator & feruidus, postquã conuentui nostro Salmantino pari prudentia & religione præfuerat, id procurante felicis memoriæ Carolo 5. Fuit per Clementem 7. summum pont. missus reformator in prouinciam Aragoniæ. Dūque reformationi incumbit sedulo, ab irreformatis quibusdam & sceleratis hominibus occiditur ipse & eius socius pater venerandus prior cōuentus nostri Valentini, frater Amator, anno Domini 1534. & sepultus fuit in nostri conuentus Valētini maiori Capella. vbi ab vniuerso populo pro sancto habetur, & dum ad conuentum illum clerus processionaliter cōuenit, super illius sepulchrum memoriam facit per Antiphonam vnus martyris; quasi illius apud Deum preces implorando, vt restatur in suo Chron. nostri ord. frater Ioannes de Cruce, lib. 3. cap. 23.

B. Dominicus de Monte-Maiori.

B. Amator.

*Communia.*

1540.

**A** Nno 1541. celebris cōuentus noster S. Marci Florentiæ situs, absque scitu & consensu Apostolicæ sedis fuit à duce Florentiæ nostris fratribus ablatu, & religiosus S. Augustini ordinis Eremitarum collatus. Quod admodum indignè ferens summus pont. Paulus 3. in ipsum ducem & in fratres ord. S. August. censuras inferens, mandauit illis conuentum exire & nostris restitui. Quod & factum est duobus aut circiter elapsis mensi-

bus à tempore expulsionis illorum.

**A** Anno 1642. summus Pont. Paulus 3. emisit bullam qua declarauit vota quæ emittunt fratres, & sorores tertij ord. de pœnitentia B Dominici, esse solennia, & irritum esse matrimonium quod postea fuerit subsecutum, &c & inde ad quatuor annos emisit bullam contra exemptos, & qui aliquid religionis erant professi, & extra illam manebant, cum omnium generum clausulis derogatoriis & pœnis grauissimis, eos cogens ad religiones à quibus exiuerant, redire.

*Apostolorum ord. confessus 1540.*

**A** Frater Hieronymus de Padilha Hispanus natione, vir plurimis animi virtutibus cōspicuis, moderator existens prouinciæ Portugalliæ potissima causa fuisse fertur inter secundas, vt in oppido Amaranto, ( vbi sacrum corpus. D. Gondisalui requiescit ) ad conuentum nostri ord. ædificandū locum obtinuerimus à Serenissimo tunc Portugalliæ rege Ioanne, & istud munus tunc demandauit fratri Iuliano conuerso, viro utique industrio, & ad quæuis peragenda negotia aptissimo. Qui plurima tulit & fecit in huius conuētus commodum & gratiam, & in beati Gōdisalui laudem & honorem. Prædictum ergo patrem Reuerendum fratrem Hieronymum, & hunc fratrem Iulianum Apostolorum ord. classi non inserere, iniustitiæ proximum putarem.

*Euangelistarum acies nobilis.*

**A** Hæc tempora tres Florentini, viri concionatores insignes, & vitiorum omnium lima fuerunt

sua docta eloquentia & verbi diuini gratia mirum in modum exornant, Italiam ac illustrent, scilicet frater Thomas Caiianus, frater Zenobius de Medicis, & frater Franciscus de Monte Rapoli, quorum duo priores fuerunt celebratissimi concionatores, & tertius etiam non parum celebris, & lector Theologiæ excellens.

**B** Frater Dominicus de Castenudulo, & frater Dominicus de Luere, frater Baptista, & frater Florianus & frater Augustinus, omnes patria vel saltem cognomine Britienses, etiā præcones Dei clari habentur, & animarum zelatores feruidi. Sed eorum duo priores multo celebriores sunt nominis, quibus frater Laurentius Bergomensis coniunctus, eo quod sit euangelistes clarissimus eorum societatem nihil obscurabit.

**C** Ternarius adhuc insignium virorum occurrit, quorum vnus frater Defensius Lodenis vel Laudensis vocatur, alius frater Franciscus de Bergamo, & alius frater Onuphrius de Mantua, qui omnes tres fuerunt sufficientis doctrinæ, & in proponendo Dei verbo excellentes & eximij nominis.

**D** Frater Albertus, frater Hieronymus, & frater Petrus, omnes tres Mediolanenses, & frater Philippus de Bonzello, & frater Dominicus, ambo vel saltem cognomine Mantuani, his temporibus non modicum ornamēti adferunt cum suis concionibus doctis & fructuosis.

**E** Frater Benedictus Papiensis, & frater Bernardus Nauariensis, frater Ioannes Galeanus Genouensis, frater Modestus Vicentinus, frater Sebastianus Ariminensis, in vinea Domini pariter studio

& fructu verbum Dei proponunt, & à populo pari obseruantur affectu.

**F** Polonia verò duos nobis præclaros & concionatores optimos profert in medium, scilicet fratrem Martinum, & fratrem Andream Fabri, quibus Sicilię regnum aliud adiungit binarium, nempe fratrem Ioseph de Sicilia, & fratrem Petrum de Myrto, quos omnes vt operarios Dominicos insignes, concionatores eximios, disertos & facundos plurimum obseruare curabimus.

**G** Sed & frater Paulus Gallus, frater Vincentius Myrtus, frater Thomas de Thernus, omnes vici Siculi, & sacre Theologię professores, & Dominicę tubæ præclarę sunt, qualibet veneratione dignissimi.

**H** Per hæc etiam & præcedentia tempora vsque ad annum 1544 quo die obiit extremum, fuit clarissimi nominis reputatus frater Hieronymus de Padilha Hispanus, M. in Theologia eruditus, & concionator famosus.

**I** In prouincia Aragoniæ hæc & vicina temporum mirum dictu quàm illustria reddat frater Ioannes Michonius eiusdem prouinciæ aliquando moderator, & præco diuini verbi eximius, sermone & opere potentissimus, & demum operarius præclarus, in vinea Domini, qui eam coluit strenuissimè.

*Doctorum Cuiens 1540.*

**A** Doctrinæ opinione habentur præclari, & illis valis indefinenter communicant frater Ambrosius Catharinus, frater Balthasar Verlinus Colmariensis Teuto, frater Balthasar Sorionius

in Aragonia, frater Clemens Araneus, Daniel Reuperus Aretinus, frater Ioannes Benedicti Parisiensis, Leander Albertus Bononiensis, frater Leonardus Ragusinus, frater Sebastianus de Taurorenio, frater Thomas Badia Mutinensis, frater Tilmanus Sibergensis, ex quorum libris in posteritatis gratiam cõscriptis: quos in nostra Biblioth. ord. refero; viri etiam doctissimi proficere possunt.

*Pastorum acies v. neranda 1540.*

**A** Fratrem Thomam Badia Mutinensem cum per annos plures fuisset M. sacri Palatii, ad generalatum ord. eligi mãdauit summus Pont. Paulus 3. Cui cum patres minimè paruissent, aliquot ad id rationibus adducti, illum creauit Cardinalem sub titulo S. Siluestri, anno Domini 1542. Obiit autem ille 3. annis post modum transactis.

**B** Frater Ambrosius Catharinus Politus, qui primò fuit factus Minorientis episcopus, postmodum translatus ex illa fede ad Archiep. Compsensem, claret, non solum suas oues doctrina pascens sana, sed & posteris multa parans quæ relinquat sui ingenij monumenta.

**C** Frater Stephanus Paris Aurelianensis ad episcopatum Abelonensem assumptus claret, & fit Rhotomagensis ecclesiæ præsulis suffraganeus, quam ecclesiam quamdiu vixit, in Catholice fidei communionem continuit, suis doctissimis pariter & facundis concionibus tantoperè, vt si quis forsitan erant tum bonorum morum, tum fidei eueriores in illa, se continerent omnino.

**D** In Indiis Occidentalibus regi Philippo subiectis

claret frater Paulus de Turribus, episcopus de  
nama, & frater Ioannes Solanus episcopus  
chius: & dum strenuè inuigilant super suis ouibus  
& ad ouile Christi reducere conantur errantes in  
terra & in cælo sibi magnam gloriam comparant.

*Beatorum sacer conuentus 1540.*

**A** **F**rater Vincētius de Valle-Viridi, qui fuit vni  
B. Vincētius de Valle-Viridi.  
ex primis fidei Christi nostro tempore funda-  
toribus in Indiis Occident. (del Peru) & prestato-  
rum tyranni cuiusdam ac regiæ maiestati rebellis mo-  
res corripit prauos, & infidelium illorum diligen-  
tissimè conuersionem ambit, ab illis crucidatus  
interiit.

**B** Frater Antonius episcopus Nicaraguenus, dum  
B. Antonius.  
Hispanorum vitia acriter reprehendit, & non-  
nihil se fauorabilem exhibet Indis, vt sic eos Chri-  
sto lucrifaciat, à quodam sceleratissimo occisus  
Hispano, pro Christo vitam amisit, anno 1540.

**C** In iisdè Indiis dum ab insulæ D. Dominici mo-  
B. Dominicus  
deratore nostri ordinis fuisset ad cōuersionem in-  
fidelium directus frater Dominicus, fuit ab illis in  
oppido quod Chermechium ab Indis, & à nostris  
Sancta fides nuncupatur, ab Indis occisus, & illius  
focius similiter.

*Communia*

*1550.*

**A** Anno 1550. generalis M. ord. frater Franciscus  
Romæus Castellionensis, per Gallias iter fa-  
ciens in Hispaniam, vt generale capitulum celo-

frater Salmanticæ, dum in transitu vt bonus pa-  
tor vultum sui pecoris consideraret: prohibetur  
ab Henrico Francorū rege ulterius progredi, quia  
persuasus videtur fuisse ab aliquibus, conuentus  
Galliæ pauperes esse. & illius præsentia nimium  
gruari. Attamen paulò post certior facta maiestas  
regia de veritate, literis ad eum directis, ei amplif-  
simam potestatem fecit in toto suo regno super  
omnes conuentus ord. qui erant in Galliis, & su-  
per personas illius, &c. & sic iter cœptum profe-  
quutus est.

Anno 1551. in capitulo generali Salmanticæ ce-  
lebrato decreta fuit reformatio Breuiarij nostri &  
Missalis, & ex illis multa apocrypha relectata fue-  
runt, Breuiario autè lectiones ex sacra scriptura &  
ex patribus insertæ. Et huius rei cura præcipua fuit  
demandata fratri Angelo Bettino Florentino  
tunc prouinciali Angliæ, & ipsius Reuerendissi-  
mi socio.

In eodem capitulo quinque ord. prouinciæ fue-  
runt in nouis Indiis Occident. erectæ, & certis li-  
mitibus inter se discretæ, videlicet Sanctæ Crucis,  
Sancti Iacobi de Mexiquo, Sancti Ioannis Bapti-  
stæ del Peru, Sancti Vincentij de Chiapa, & San-  
cti Antonini de Nouo regno Granatæ. Et eun-  
dem ordinem inter se habent quo hîc recensetur  
à nobis.

Anno 1552. Iulius 3. summus Pont. in forma am-  
plissima confirmauit omnia in vniuersum priuile-  
gia nostro ord. ad illa vsque tempora concessa, &  
omnes gratias, &c. & communicauit nostro ord.  
non solum omnium ordinum mendicantium pri-  
uilegia, &c. sed etiam aliorum ordinum.

Magister ord.  
iussit regis  
Franciæ pro-  
hibetur visi-  
tare regnum.

**B**  
Fit reforma-  
tio nostri  
ord. Breuiarij  
& Missalis.

**C**  
Quinque pro-  
uinciæ erigū-  
tur in Indiis  
Occident.

**D**  
Iulius 3. om-  
nium religio-  
num priuile-  
gia nobis cō-  
firmat.

E

Concessit etiam generali M. ord. qui fuerit po-  
tempore, vt nulla præcedente electione possit  
ex suis sociis creare prouincialem terræ Sanctæ, vel  
Angliæ, vel alicuius alterius prouinciæ desolatæ, ve-  
tulo insignire, qui vocem, locum, & alias gratias  
omnes habeat, quibus alij prouinciales gaudent  
ordine. Et si ille à sua societate recedat, eum possit  
absoluere, & alium creare, &c. Concessit etiam  
tabelliones seu notarios possit instituere in officio  
inquisitionis, &c.

F

Iulij 3. irritat  
vel reuocat  
omnes licen-  
tias, excep-  
tiones assigna-  
tiones perpetuas  
datis  
fratribus.

Anno 1555. Iulius 3. summus Pont. insistenti-  
do etiam reuocationi factæ à Iulio 2. omnes im-  
munitates à præceptis & obedientia prælato-  
rum suorum, exceptiones personales, & assigna-  
tiones perpetuas, & absque suorum superio-  
rum licentia expendendi pecunias, vel reu-  
nendi, & confessores eligendi, vel confessiones  
audiendi, &c similes facultates factas à sede Apo-  
stol. aut illius legatis cum quibusuis etiam derogato-  
riis derogatarum clausulis concessas singula-  
ribus personis ord. aut etiam conuentibus absque  
consensu M. ord. reuocauit, & nullius esse roboris  
decreuit. Quantum verò ad concedendas in po-  
sterum, etiam nullius roboris esse declarat, nisi illæ  
emanent de consensu M. ord. aut suorum superio-  
rum, nisi gratiæ huiusmodi & exceptiones manu  
propria summi Pontificis, vel de consensu Cardin.  
protectoris, vel viceprotectoris signatæ fuerint.

*Euangelistarum acies speciosa 1550.*

A

**D**Voeximij nominis in tota Portugallia & Bra-  
mosi clarent, cõcionatores regij. Vni nomen  
est

est frater Frãcisus Forerius, alteri vetò frater Tho-  
mas à Costa, ambo verbi diuini gratia excellẽtes.  
Sed hic velut tuba Dei clangorem emittit, ille ve-  
luti cithara diuina ad ipsum adducit. Hic populo  
Dei voce exaltata eorum scelera annuntiat, quàm  
horrendum sit in manus Dei incidere inculcans,  
& ad formidandum Dei iudicia impellit. Ille ad  
gustandum & videndum quàm suavis est Dõmi-  
nus, quàm diues & misericors in omnes qui iauo-  
cant illum, & tandem ad misericordiam Dei (quæ  
miferis sapit dulciùs, teste Bernardo) hominibus  
insinuandum prior & aptior. Posterior obiit  
circa annum 1570. priore verò anno Domini 1580.  
vel 81. non solùm de religione nostra, sed etiam de  
Dei ecclesia multis nominibus benemeritus.

Celebratissimus etiam huius decadis tempore  
& sequentium habetur in Portugallia, cuius fama  
exteras etiam nationes replet ob doctrinæ, facun-  
diæ, & vitæ integerrimæ præstantiam, & in con-  
tionado vbertatem, & gratiam, frater Ludouicus  
Granatensis, Dei præco insignis, & vitiorum milia  
admodum seuera, ob quas animi dotes & pleras-  
que alias Serenissimo D. Infanti Cardinali D. Hé-  
rico, & postea Portugalliæ regi fuit semper ad e-  
acceptus & gratus, vt quasi à diuino dictum ora-  
culo acciperet vel sequendum vel fugiendũ, quid-  
quid ille vel virtutis vel vitij nomenclatura signa-  
ret. Quàm verò sit ille spiritu plenus diuino omni-  
bus argumento esse possunt spiritualia, eaque fru-  
tuosissima in plures iam linguas conuersa quæ  
conscripsit opera. Viuit adhuc isto anno 1583. sem-  
per militans vt bonus Christi miles, quousque ad  
optatum detur pertingere brauium.

**C** In Italia magni nominis habetur frater Sandes Ciuis Florentinus, Dei præco singularis, & præcipuas ciuitates Italiæ sua doctrina & concionibus commouet. Quod ipsum in Hispania frater Thomas Soarez Hispanus concionator clarissimus, & in Sicilia regno frater Hieronymus Fazellus obtinet, & in Polonia, frater Gabriel concionator excellens & fructuosus. Dum verò hi omnes Dei verbo fortiter instât, & indefessè, ac plures vel cõpelunt vel suadent intrare ad agni nuptias, ipsi quoque vim quandam inferunt nuptiarum sponso, vt ab illo ad ipsas introducantur & illi.

**D** Neapoli per hæc tempora claret frater Ambrosius de Bancolo, vir & doctrinæ nõ vulgaris & religionis præstantis, & magnæ in proponendo Dei verbo virtutis & efficaciz, ac vitiorum infestissimus hostis, & in regno Nauarræ etiam fulget frater Martinus Daynus, M. in Theologia, & Dei Euangelistes eximius.

**E** Frater Frãcisus de Macedo Lusitanus, seu (quod idem est) Portugallus, vir multæ religionis, Theol. lector. non ineruditus, & concionator non infestuosus in Indiis Orient. regi Portugalliæ subiectis claret. Vbi omnimodam in vita & in doctrina seruans, & animosè prædicans veritatem & seuerus vitiorum existens reprehensor, multos perfert labores.

*Doctorum cõtus eximius 1550.*

**A** **F**Erax his temporibus fuit clarissimorũ virorum Hispania, quorum celebre nomen non potuit illa in se sola concludere, quinimò vt vnguentum preciosum vbique dispersum, etiam multas regiones exteras replet, qui non tantum viua voce in-

formãdo, sed etiam operibus conscriptis fulgent, & multos illuminant, atque frater Bartholomæus de Martyribus Lusitanus, frater Bartholomæus Carranca de Miranda Hispanus, frater Dominicus de Soto, & frater Petrus de Soto, qui ambo successiuè fuerunt à sacris confessionibus imperatori Carolo 5. frater Melchior Tanus Castellanus, & frater Hieronymus ab Oleastro Portugallus, frater Franciscus Forerius & Lusitanus, & frater Ludouicus Granatensis natione Bëthicus: & hi omnes tres postremò nominati, prouinciæ Portugalliæ fuerunt moderatores, frater Martinus Ledemius, & frater Ioannes Viguerius, omnes viri doctrina valdè cõspicui. Quosque ad posteros transmiserunt volumina, immortales enimerò faciunt. Nec puto, vlla facillè inuenietur decas tanta virorum insignium copia rutilans, vt hæc.

Addantur & dictis qui sequuntur, viri etiam grauissimi & doctrina non ignobiles, frater Mantius Theol. professor celebris, frater Frãcisus Romæus Castellionensis, frater Philippus Menesius, frater Didacus de Moralibus Lusitanus, frater Alphõsus Martines, frater Andreas Portullaga Brixienfis, frater Antonius Marrasa, frater Dominicus de Castenedulo etiam Brixienfis, frater Placidus Parmensis, frater Petrus Paulus Aretinus, frater Vincentius Giacharus, omnes Theologi eruditi & scriptores non vulgares.

*Pastorum ceterua conspicua 1550.*

**F**rater Petrus Bertranus Mutinensis, episcopus Fauensis creatur Cardinalis sub titulo S. Marcellini & Petri cum absens foret à curia Romana

apud Carolum 5. Imperatorem agens tunc temporis legatum.

**B** Frater Michaël Alexādrinus, vir vt nomine, illa & re Angelicus, ex Generali cōmissario inquisitionis fit episcopus Sutrinus & Nephelinus per Paulum 4. & postmodum ab eodem Cardinalis creatur anno 1557. sub titulo Sanctæ Mariæ super Mineruam, quem titulum licet aliquando mutauit in titulum S. Sabinæ, resumpsit tamen postea, & retinuit quandiu vixit Cardinalis.

**C** Frater N. Quirinus, Patriarcha Venerus, vir & nobilitatis splendore clarus, & animi virtutibus adornatus, huc etiam spectat.

**D** Ad huius decadis finem pertinet, quod frater Bartholomæus Carranza de Miranda Hispanus, cum primò fuisset Catholico regi Hispaniarū Philippo à confessionibus sacris, fuit ad Archiepiscopatum Toletanum euectus, sed postea anno, aut circiter, elapso, per sanctæ inquisitionis munus obeuntes dominos fuit comprehensus, & tempore felicis memoriæ Pij 5. Romam deductus, & in arce S. Angeli custoditus, & demùm illius causa à Gregorio 13. terminata & definita secundum allegata & probata.

**E** Eodem tempore frater Bartholomæus de Martyribus in Portugallia fuit factus Archiepisc. Bracharenfis, vir verus Dei, Israëlita, & doctrina clarus, sed vitæ probitate clarissimus. Qui primitiua ecclesiæ sanctorum pastorum æmulatus mores & regimen, & integerrimus Sacrosancti cōcilij Trident. obseruator existens, suam diocesim antea in multis rebus collapsam à nitore ecclesiastici & religiosi ord. restituit suo decori, & ad normā recti-

tudinis Christianæ deduxit, prauos mores reformato, &c.

**F** Frater Georgius Temudo Portugallus sacra Theologiæ præsentatus, & vir agendarū rerū expertissimus, mittitur ad Orient. Indias Portugalliæ regi subiectas episcopus Cochinius, & eodem tempore frater Georgius de S. Lazia, filius cōuentus nostri de Aueiro in easdem mittitur episcopus de Malacha. Vnus & alter pastoralis regiminis curā administravit diligenter, & oues Christi dispersas ad ouile Christi reduxerunt sollicitè & in illa conseruare totis viribus conati sunt.

**G** Sed & alio coniuncti binario duo alij prodeunt Lusitani, quibus est idem nomen Georgius commune, sed eorum vnus de S. Iacobo, alter verò de Lemos cognominatur, ambo viri religione præstantes. Et ille in insula Angrensi, hic verò in alia quæ dicitur vulgò. Funchal, creatur episcopus: Et qui erat eorum contemporaneus frater Gaspar de regibus, M. in Theol. etiam fuit factus suffraganeus Serenissimi Cardin. infantis D. Henrici, qui eo tempore Archiepisc. est Eborensis. Omnes tres fuerunt viri grauissimi & boni nominis, nec sui muneris functioni defuerunt in aliquo.

**I** Per hæc tempora vixit frater Dominicus, episcopus Laodicenus, & Reuerendissimi Cracouiensis in Polonia suffraganeus, & frater Laurētius Bergomensis Antistes fit etiam suffraganeus Reuerendissimi Bononiensis, & frater Hieronymus patriæ Veronenfis, ex Triuifana ortus familia, fit episcopus Veronenfis (aliis Theanenfis) Præsules sunt multa veneratione & obseruantia digni.

**K** Frater Melchior Canus, & frater Dominicus de



Soto viri hac etate clarissimi etiam in hac classe loca sibi vendicant, ille quoniau Cauariensis fuit factus ecclesie presul, licet postea illi renuntiauit & fuit ad ordinem reuersus. Hic vero postquam per annos aliquot fuerat Carolo 5. a sacris confessionibus, Segobiensis ecclesie presulatum acceptare renuisse fertur.

**K** Frater Franciscus Roboles. & frater N. Romemus episcopali etiam dignitate clarum, licet solum titulum, & prior Reuerendissimi Terraconensis, posterior vero Gerundensis Reuerendissimi existit in nostra prouincia Aragonie suffraganeus.

**L** Claret etiam hoc tempore in Portugallia frater Bernardus de Cruce, vir grauis & valde prudens, & fit episcopus insule S. Thomae. Porro cum rex Ioannes 3. tunc perpenderet, prestantius fore, ut eum in aliis occupet, eum vniuersitatis Conimbricensis rectorem designauit ad tempus aliquod, & postea suum Eleemosynarium precipuum, & consiliarium fecit. Et demum episcopatu renuntians, accepit Interramni, quae Durio & Minio continetur, duas Abbantias satis opulentas, & in iugum Dei famulatu perstans, diem extremum obiit.

*Beatorum sedes 1550.*

**A** **I**N Indiis Oriental. Serenissimi regis Portugalliae obiit frater Ignatius de Purificatione Portugallus, vir valde religiosus, & concionator feruidus. Qui postquam per annos multos in sacro euangelio disseminando, & in conuersione Indorum ad fidem Christi indefessum & alacriter desudauit, tandem ipso festo beati Bartholomaei concionem habens ad populum illis vale fecit, ac tanquam alter

Paulus Apostolus obitum suum illis praedixit. Unde & post triduum hanc mortalem vitam viuere desit non sine sanctitatis nomine.

**B** In prouincia Aragoniae in conuentu nostro Valentino obiit religionis nostrae quoddam singulare specimen frater Ioannes Michonius illius prouinciae aliquando moderator. Qui & vir vita fuisse integerrimas dicitur, & religione conspicuus, atque ibi tanquam beatus habetur: & quod miraculis claruerit uiuus, fama est. Hic cum foret semel Caesaraugustae in conuentu nostro, nocte intempesta portam conuentus sibi aperiri fecit, & pergens per plateas aliquot, obuuium sibi factum quendam inuenit hominem rectam tunc properantem, ut se suspenderet cum fune quem habebat sub cappa. Eum vir Dei inueniens, alloquitur, & rogat, quid sub cappa haberet. Cui qui corpus & animam perdere proposuerat homo, respondit dure & indignabundus. Tunc sanctus ab eo petiit funem quem habebat, & quod homo perditus solus mente conceperat facere, sanctus illi aperuit. Stupefactus homo peccatum suum confessus est, virum Dei ad conuentum sequutus & admonitionibus eius penitentia ductus, resipuit.

**B. Ioannes Michonius.**

*Communia*

*1560.*

*Euangelistarum acies perpulchra 1560.*

**A** **F**Rater Antonius Freire Lusitanus claret, vir haud dubie multa commendatione dignus, non solum quia Euangelistes est Dei pius, deuotus, & fructuosus, sed quia & vitae integritate praclarus, orationi deditissimus, in uigiliis assiduus, & in pro-

ximorū salute procurāda valdè diligens, in fide & bonis moribus, eos ardentè & sedulò informando Tanquam egregius etiam D. Dominici, patris nostri, vitæ sanctissimæ æmulator, singulis noctibus diris disciplinis carnē macerat, & tū orationi insistens, tum etiam potissimū dum sacra altaris mysteria peragit, lacrymas deuotionis plenas & compunctionis profundit largiter, & D. Virginis Mariæ ac eius sanctissimi Rosarij deuotissimus proclamator existit. Neque erit abs re illi socium iungere fratrem Didacum de Victoria, Euangelistam nō ignobilem, nec infructuosum. Qui etiam multis conuentibus nostrę prouinciæ Portugallię præfuit multa cum laude, & religionis obseruantia, & communis, boni profectu, & eorundē conuentuum restauratione pro magna parte, sua singulari industria & diligentia facta.

**B** Frater Thomas de Sousa Lusitanus sacre Theologię presentatus, Serenissimi Portugallię regis concionator insignis, & omnibus partibus præditus ad istud munus perfectè obeundum necessarius, claret. Dum autem illi socium iungere cogito, præsto est frater Bartholomæus Ferreira, etiam sacre Theologiæ presentatus, & concionatoris functione notissimus, nec minùs sententiarum grauitate, quàm similitudinum venustate percelebris.

**C** Sed quid rogo? effugiētne hunc nostrū chorum frater Antonius de Sācto Dominico? Nōn vtique, quoniā est ille virtutum animi splendore magnus. Sacre Theologiæ professor est regius & primarius in vniuersitate Conimbricensi, & doctrina præstans, &c. In concionando autem (si ab eruditione, spiritus feruore, sententiarum, pondere

iudicetur, locum meretur haud dubiè in confessu concionatorum insignium.

**D** Hispaniæ portio quæ Castillia vetus dicitur, selectissimum quendam per hæc tempora concionatorem habet, qui vt lumen maius obscurat minus, etiam alius præclaris concionatoribus collatus supereminet semper, vir & doctrina clarus, & præco Dei inclytus & fructuosus, qui etiam nunc in Chronico nostri ord. compillādo occupatur, & vocatur frater Ferdinandus de Castillo Madritj agens in conuentu nostro & maiestatis regiæ & ecclesiastes insignis & maiestatis regiæ, & Magister in theologia eruditus.

**E** Sed & nobilis prouincia Bæthica quæ Castillia noua dicitur, dum nos mendicare videt à singulis, euangelicæ prædicationis viros claros ob oculos obicit fratrem Laurentium de Figueiroa, M. in theol. eruditum. Qui vt in sæculo est præclarissimi Domini ducis de Fera defuncti frater, ita etiam in ordine religione præstans, & in concionandi gratia & facundia cum clarissimis comparandus.

**F** Frater Augustinus Salucius, & frater Vincentius Mexias natione Bæthici, M. in theologia, non ignobiliter docti, etiā inter concionatores præclaros & fructuosos debent annumerari. Quibus si associetur frater Petrus Martyr, etiam M. in theol. ex prouincia Aragoniæ, & frater Thomas Cæsarganus, sacre theol. presentatus, concionatores optimi & disertissimi duo clarissimi fiunt binarij.

**G** Frater Miniatus natione Florentinus, M. in theol. diuini verbi Euangelistes eximius claret, & plures ciuitates Italiæ præcipuas suis concionibus gratissimis replet vsque ad annum 1574. quo obiit.

Cui socios adiungam ex regno Cypri fratrem Damascenium, & fratrem Cherubinum, ambos Fa-maugustanos & sacre theologiæ Bacchalaureos, & diuini verbi præcones non ignobiles.

**H** Polonia quæ tanta locorum intercapedine à nobis distat, & ideò in nostri Chronici classes exiguam nobis suorum virorum illustrium communicat notitiam, fratrem Melchiorem nobis ponit ob oculos, & fratrem Lucam Leapoltam, & ille quidem (vt aliquorum relatu didici) anno 1577. illius prouinciæ moderator erat, & per Antonomafiam vocari solebat Orator, ambos vt cõcionatores præclaros, eruditos, & fructuosos hæc nostra decas fuscipiat.

**I** Iustam de nobis cõquerendi arbitror causam habere videbitur frater N. Tudeschinus cognominatus, quòd cum tota Italia ferè vel gustum, vel odorem ad minus habuerit etiam per hæc præcedentia tempora concionum illius eruditione & facundia refertarum, & fuerit hucusque ille concionator percelebris, nos eum quasi abortiuum in vltimum locum referuemus, aut obliuioni tradiderimus.

**K** In inferiori Germania tres viri concionatores eximij clarent & celebratissimi habentur, scilicet Frater Godefridus à Mierle illius prouinciæ præfectus, & frater Petrus Bacherius Gandensis, ambo, M. in theologia, & frater Ioannes Dumæus etiam Gandensis.

*Doctorum copia. 1560.*

**A** **Q** Vi doctorum huius decadis aciem instruant, Portugallia ministrat viros aliquos eruditio-

ne claros & theologos insignes, & in docendi munere diligentissimos. ac de religione nostra bene meritos, sequentes, fratrem Didacum de Morali-bus, fratrem Ludouicum de Sotto maiori, scripturæ sacre professore Conimbricensem, & expositorem doctissimum, & fratrem Frãcisum Dortam, ingenio, doctrina, & religionis merito eximium quo præceptore liberalium artium sum cõsequutus notitiam, & ideò hac ratione, & quia me singulari admodum beneuolètia fuit semper prosequutus, mihi est perpetuò obseruãdus, fratre Hieronymum, Corrìgiam cognominatũ meritis illonò inferiorem, fratrem Antonium de sancto Dominico, omnes sacre theologiæ professores insignes.

**B** In Hispania verò florent qui hanc etiam decadem ornèt, frater Petrus Couasruuias, frater Thomas de Valentia, frater Thomas à Clauibus, frater Vincentius Chaquetius, frater Dominicus de Celaia, frater Didacus Ximenez, & frater Melchior à Puteo, omnes theologi non obscuri, quorũ quilibet secundum annas quas recepit à Domino, in gazophylacium ecclesiæ elemosynas misere, docendo ad posteros suis scriptis transmissis.

**C** Frater Benedictus Marabotus à Monte-Regali, frater Bernardus Comensis inquisitor, frater Felicianus Vvinguard à Morbinio, frater Georgius de Vercellis, frater Georgius Primatitius, frater Hieronymus Venetus episcopus Veronensis, frater Thomas Fazellus Siculus, frater Sixtus Senensis, & frater Sixtus Vice-Dominus, frater Hieronymus Panormitanus, Humbertus Locatus Placentinus, frater Iacobus Naclantus, frater Dominicus de

Luere; & frater Seraphinus Banchelius, omnes theologij, & scriptores non contemnendi.

**D** Suprà nominatis etiam addantur frater Stephanus Paris Aurelianensis, frater Ioannes Büderius Gandensis, frater Ioannes Hentenius Louanienſis, frater Ioannes Dumæus, frater Petrus Bacherius, M. in theologia, ambo Gandenses, frater Damirimis à Ligno, M. in theologia, frater Dominicus, vel Egidius Topiarius, omnes theologi & scriptores venerandi, &c.

*Pastorum conuentus eximius. 1560.*

**A** Nno 1566. frater Michaël Chilerius Cardinalis Alexadrinus ex ord. prædicat. in summum Pont. assumitur, & Pius 5. vocatur, vir sanè ea integritate vitæ, rectitudine animi, rerum agendarum peritia, & earundem exequutione sædula præditus, ea quoque in senili iam corpore viuacitate ad omnia pertractanda negotia, & demum omnibus ad optimum pastorem partibus necessariis adornatus, & Christianæ reipublicæ rebus in misero & multùm deplorando statu cõstitutis ita opportunus, vt veluti alter Michaël Angelus princeps constitutus ecclesiæ, & in remedium missus à Deo, sua bonitate immensa appareat. Fuitque hoc nostrum sæculum eo minùs felix, quod illum inuida mors Dei ecclesiæ tam citò subtraxerit. Licet enim eo vita functo prouidit diuina maiestas ecclesiæ suæ sanctæ de beatissimo Domino nostro Papa Gregorio pastore etiã optimo, tamen affectus magnus quem vniuersus grex Christi erga Pium 5. conceperat: etiam cum mortuum subsequutus est sem-

per. & cum multa veneratione refert, ac deflet amissum. Obiit anno Domini 1572.

**B** Idem Summus Pont. Pius 5. paulò post Cardinalium cœtus precibus motus, suum nepotem ex sorore Cardinalem creauit, sub eodem titulo eum etiam Cardinalem Alexandrinum vocari mandas.

**C** Collegio etiam Cardinalium ascriptis idè summus Põr. fratrem N. qui erat episcopus Theanus. Qui est vir vitæ conuersatione mitis & dignitatè Cardinalitiam non minùs animi virtutum splendore illustrat, quàm decoratur ab illa. Cui etiam vniuersi maiora optare videntur.

**D** Ad Cardinalitiam quoque dignitatem euexit idem summus pont. fratrem Vincentium Iustinianum, qui erat generalis nostri ord. M. & legatum summi pontif. agebat in Hispania apud Catholicū regem, virum cuius meritis omnis & inferior laus.

**E** Clarent hoc tempore frater Leonardus Marinus Archiepisc. Lantanensis, & frater Egidius Fuscararius Mutinensis episcopus, viri ambo clarissimi nominis, & in magna æstimatione habiti apud patres concilij Tridentini, & pastores optimi & venerandi.

**F** Frater Iulius Pauesius, natione Brixienſis, Archiepiscopus Surrentinus creatur, & frater Hieronymus Mazarellus Bononienſis ex magistro sacri palatij assumitur ad Archiepiscopatum Compfanum, & frater Georgius Temudo in Indiis regis Portug. ex episcopatu Cochiniensi transfertur ad Archiepisc. Guoensem, omnes tres sunt obseruantia multa dignissimi, & horum primus fuit à Pio 5. ad imperatorè Maximilianū missus legatus, & ad ducem Albanum dum moderatorè ageret Belgij.

**G** Fr. Thomas Scotus ex cōmissario inquisitionis fit Interamēsis episcop<sup>o</sup>, frater Aloisius de Cathania fit Agrigentinus Antistes, (ciuitas est in regno Siciliae) & frater Iacobus Naclantus fit Clugensis episcopus; omnes viri fama spectabiles. Nec est isti meritis inferior frater Alexander Tiphernensis episcopus, vel vt nunc loquuntur, ciuitatis de Castello in Vmbria.

**H** Frater Laurentius Bernardinus de Lucha episcopus Coronensis & suffraganeus Reuerendissimi Domini Cardinalis Moronij, frater Angelus de Aceto à Pio 5. factus Antistes Fesulanæ ecclesiæ, & frater Eustachius Lucatellus episcopus Rhegiensis, clarent, optimorum præsulum munia diligenter implentes. Et hic postremus fuit Pio 5. à factis confessionibus.

**I** Frater Ambrosius de Baneolo, vir prudentia eximius, in consilijs prouidus, in verbo Dei proponēdo facundus, vbique gratus & fructuosus fit Neritonensis Antistes ecclesiæ, (ciuitas est in regno Apuliæ) & frater N. Boldrinus Mantuanæ ecclesiæ Antistes præficitur.

**K** Frater Paulus de Berzomo à Pio 5. fit Venusinus episcopus, frater Camelius Campegius Papiensis, fit episcopus Nepinus, & frater Matthæus Baldinus Siculus fit episcopus Chernenfis (ciuitas est in regno Neapolitano.)

**L** In Belgio claret frater Antonius Hauetius, Namurcensis ecclesiæ præsul præclarus, & frater Pipinus Ruesend episcopus \* & suffraganeus Reuerendissimi Archiepiscopi Mechliniensis, ambo concionatores excellentes, & viri doctrina & vita clari.

Claret in regno Cypri episcopali dignitate insignitus frater Iulius, natione Armenus, qui illa insula inuasa à Turcis Italiam profectus, factus fuit Bouensis ecclesiæ Antistes (ciuitas est in Calabria) & multos Græcos & Armenos illic commorantes & de nouo illuc cōfugientes, suo ministerio pascit,

Frater Hieronymus de Loaisa Hispanus, fuit factus primò Chartaginenfis ecclesiæ Antistes in Indijs Occidentalibus regis Philippi, & inde translatus vt foret Archiepiscopus ciuitatis quæ Regum dicitur, fit etiam episcopus del Chito in nouis Indijs, frater Antonius de la Penha, & vterque pastoris boni officio fungitur.

*Beatorum sacer conuentus. 1560.*

**I**n prouincia Franciæ ad hæreticis occisi fuerunt pro Christo, frater Ioannes Picardus ex conuentu Beluacensis; & frater Ioannes Fegen ex conuentu pruiuensis.

In Tolosana autem prouincia frater Leonardus Talasij sacerdos, ab hæreticis strangulatus, & pugione confossus est. \* Et frater Augerius de Môre-alto supprior conuentus Morlan, ab eisdem fuit carapulta occisus.

Frater Raimundus de Plano, eiusdem prædicti conuentus concionator præstans cum ab integritate fidei auelli non posset, erutis primùm oculis, & illi in cibum datis, tandem fuit ab illis crudeliter trucidatus.

Frater Ioannes Fargalli, frater Antonius de Rosa, & frater Antonius Vviliers dum hæreticorum causa se subtrahunt & eorum rabiem declinare

M

N

A

B. Ioānes Picardus mart.

B

B. Leonardus Talasij.  
B. Augerius de Môre-alto

C

B. Raimūds de Plano.

D

B. Antonius de Rosa.

B. Antonius  
Vviliers.

E

B. Laurentius  
Franconij.  
B. Robertus.

F

B. Robertus  
Culuanus.

B. Petrus Mē-  
remontensis.

G

Hierony-  
mus de Cru-  
ce Portugali-

fatagunt, illorum causa fame perierunt.

Frater Laurentius Franconij etiam ab hæreticis fuit viuis combustus, & frater Robertus de Belouisū abscissis articulis mēbrorum prius, & inter hæreticos diuisis, in reliqua corpore fuit excoꝛtatus.

In congregatione Franciæ etiam ab hæreticis occisi fuerunt, frater Robertus Culuanus, & frater Petrus Mæreto. Ille Ebroicensis, hic verò Claremontensis nostri conuentus.

Sub huius decadis currentis finem obiit in Indiis Orientalibus regis Portugal. frater Hieronymus de Cruce Portugallus, vir multū deuotus & multæ orationis. Qui & sæpius orationi instans in extasim raptus fuisse fertur, & magnum sui in omnibus religionis tulisse specimē. In eisdem Christi illis in partibus indefesse prædicauit, & denum pro illa fuit à Mauris occisus in ciuitate que dicitur Sion, & inde deductus ad ciuitatem Malacham, fuit honorificè sepultus, & ibi sanctus reputatur.

In eadem ciuitate fuit postmodum etiam pro fide Christi occisus, qui ibidem in eiudem muneris Euangelici functione prædicto patri successerat, frater Antonius Pestana, id procurante humani generis hoste; quoniam ministerio illius innumera multitudo gentilium errorum tenebris pulsas, Euangelicæ veritatis lumen amplexabantur. Is pater vitæ aded probatæ fuit semper ab ipsis primordiis quibus habitum suscepit, vt sanctus fuerit semper reputatus. Vnde quadragesimas integras in pane & aqua aliquando ieiunauit, vt qui tunc fuerat illius Magister in moribus, frater Hieronymus de Trauacos, etiam iuramento id asserens mihi retulit.

hi retulit. Dúmque semel infirmitate correptus, iam moriturus crederetur, tanta erat sanctitatis opinione habitus, vt & vestes, & omnia alia ad ipsum pertinentia, iam tunc nimium solliciti religiosi cuncti diriperent, vt eadem tanquam sacras reliquias sibi asseruarent.

Huius decadis tempore obiit in eisdem Indiis Orientalibus Regis Portugalliæ, Frater Didacus de Bermudes natione Castellanus, qui eò conuersionis infidelium cupidus se contulerat, vir religiosissimus, in oratione, vigiliis, ieiuniis, & euangelicæ prædicationis munere valde assiduus, & post iugem famulatum domino præstitum, in illo feliciter obdormiuit. Ad cuius funerale officium non solum omnis generis religiosi, nobilium & communis plebis multitudo innumera, sed & ipse prorex, & Archiepiscopus Guoensis conuenerunt, & quem in viuis agentem virum sanctitate vitæ conspicuum habuere, etiam tunc iam vita functum eundem arbitrati, eius factum corpus emortuum, & vestes exosculantes deuotè, &c.

Comptina.

1570.

Apostolorum ord. sed.

A Nno 1572. ædificari cœpit Neapoli nostri ord. conuentus sub titulo, de Rosario, subsidio non modico ad id prius collato à magnifico quodam & pio domino Neapolit. qui dicitur Michaël Laureus, primario huius foundationis auctore existente fratre Anthonio de Camerota, M. in Theol. & nostri conuentus, & studij S. Do-

minici Neapolit. Regente eximio ac doctissimo, quem ideo & in doctorum & apostolorum ord. classes meritò debemus inferere.

*Euangelistarum conuentus* 1570.

- A **E**orum plurimi quos in euangelistarum præcedente decade retuli etiam nunc clarent. Quibus nunc recens hac decade specialiter florentes in Portugallia addantur frater Antonius de Soufa, vir & sanguinis & morum nobilitate clarus, euangelistes Dei disertus & gratus non minus exemplo vitæ, quàm prædicatione ædificans. Ob quæ serenissimus Portugalliæ Rex Sebastianus eum libenter audit, & suorum concionatorum catalogo ascribi iussit, & sub finem anni 1578. fuit delectus nostre prouinciæ Portugalliæ moderator, & anno Domini 1580. in cap. generali Romæ celebrato totius ord. vicarius generalis effectus.
- B In eadem prouincia Portugalliæ concionatores præclari habentur vbique grati & acceptissimi frater Gaspar Leitam, sacræ theologiæ M. eruditus, frater Ignatius de S. dominico sacræ theologiæ præsentatus, frater Franciscus de Lacerda, frater Petrus à Querci, frater Paulus de sancto Thoma, frater Thomas de Lapenha, frater Gaspar quadragesima cognomentum sortitus, frater Sebastianus Varella, & plerique alij patres multis meritis commèdandi, quos in speciali exprimendos in aliud tempus referuo.
- C In Italia per hæc & præcedentia tempora clarissimus habetur, frater Alexander cognomento

Hebræus, quoniam ab Hebræis parentibus ad fidem Christi peruenit, M. in theolog. eruditissimus, & illustrissimi Cardinalis Alexandrini theologus, cuius concionum fama mirabilis, & gratiæ odor exteras quasuis regiones mirificè replet.

Dum nimium propeto, huic nostro Chronico finem imponere cupiens, obliuioni tradideram quæ debuerat multo antè nominasse, & plerisque qui præcesserunt præponere. Is est frater Dominicus Bononiæ agès, natione Portugall<sup>o</sup>, patria Olisiponenfis, qui ætatis suæ primordia in Italia conterens, ita exactè linguam Etruscam affecutus est & profert, vt Etruscis parentibus ortus putetur. Bononiæ itaque nostri ord. suscepit habitum, & studuit, & euasit concionator insignis ac vnus ex clarissimis quibus nunc gloriatur Italia.

Eadem Italia adhuc profert ad hanc nostram classẽ conficiendam viros præclaros, fratrem Vincentium Banquellium, studij nostri Perusini regentem eruditissimum, fratrem Ægidium Bononiensem, qui anno 1576. cum Reuerendissimo Salernitano agebat, fratrem Alexium Senensem patria, Felucium à familia cognominatum, fratrem Vincentium Bonardum, f. Nicolaum Lorinum, & fratrem Vincentium Fredericum, omnes viros doctos, & præcones non vulgares, & vbique gratos & fructuosos.

Duos adhuc Italia profert concionatores non obscuro nominis nec vulgares, & ambos Ariminenfes: vnus eorum frater Ludouicus dicitur qui hoc tempore est Reuerendissimi generalis nostri ord. socius, & terræ sanctæ prouincialis obseruandus, alter verò frater Dominicus vocatur, quem

anno 1577. ad concionandum quadragesimam Reuerendissimus pater Generalis ex Lombardia Neapolim asciuit. Ambo ad præcedentem euangelistarum decadem pertinebant, quoniam iam tunc noti erāt passim, & præcones verbi Dei non ignobiles, & vbique gratissimi, nisi obliuio eos in hunc locum reieceret.

*Doctōrum cætus eximius. 1570.*

**A** **F**rater Ludouicus de Sotto maiori, in Conimbricensi vniuersitate sacræ scripturæ explanator, & frater Antonius de sancto Dominico, in eadem scholasticæ theologiæ professor primarius, viri ambo doctissimi, clarent. Salmanticæ etiam professor primarius, frater Bartholomæus Meinensis vir in concertationibus scholasticis resolutissimus, etiam præcedentia tempora illustrat. In eadem Portugallia etiam frater Gaspar de Mello, frater Simō de Luce, frater Arias, corrigia cognomine dictus, frater Gaspar Leitã, frater Balthasar Magalzanus, & frater Paulus Forerius: & quidē quatuor priores, M. in theol. eruditissimi, posteriores verò duo sacræ theologiæ præsentati, etiam florent. Sedet frater Ioannes Segobiensis, frater Iacobus Horosquius ex prouincia Aragoniæ, Hispani, pro varietate talentorum instruere satagunt quibus sua potest esse doctrina proficua.

**B** Frater Thomas Boniusingnius, theologus clarus magni ducis Etruriæ, theologiam publicè docet Florentiæ. Cui sociōs dabimus etiam docendi munere occupatos & assiduos, fratrem Hieronymum Fazellum Siculum, fratrem Hieronymum

Vielmum Venetum, fratrem Matthiam Aquarium Neapolitanum, fratrem Angelum Senensem, & fratrem Angelum de Corsiniano, omnes theologos non vulgaris doctrinæ & scriptores.

Turba quædam alia occurrit eorum qui secundum talenta sibi à Deo concedita negotiantur, licet facilibus incumbentes materiis, qui scriptis se suis etiam apud externos produnt, partim materno idiomate, partim Latino opuscula varia ad aliorum instructionem edentes. Sunt autem illi M. Paulus Bernardinus de Lucha, frater Reginaldus de aceto Neapolit. etiam magister, frater Bartholomæus de Neapoli bachalaureus, frater Augustinus Mascianignus, frater Franciscus Aprato, Sancius Arena, & frater Alexius Figlinensis, omnes hi postremi quatuor vel saltem cognomine Florentini.

Alio cuncto in vnū conglobati se manifestat, frater Andreas de Materno, frater Paulus Rouadus Brixienſes ambo; frater Petrus Martyr Gareſinus Moralus, frater Stephanus de Lusignano, frater Theophilus Fedinus, frater Seraphinus de Morrodiō, alter Porretanus nuncupatus, frater Thomas de Capua, & frater Antonius de Colemonio, frater Nicolaus, & Timotheus Bithonius, ambo Perusini, & in Belgio frater Petrus Bacherius, Damianus à Ligno, & frater Dominicus Topianus. Hi & plurimi alij docendo & scribendo, in omnibus ignorantia tenebras superare conantur.

*Pastorum veneranda caterua. 1570.*

**C** Laret hoc tempore frater Vincentius Herculanus Perusinus, qui à Pio 5. felicitis memoy iij



riæ, fuit in Germaniam inferiorem missus commissarius apostolicus, & religionis nostræ ibidem malitia temporum collapsæ reformator. Qui post reditum in Italiam factus fuit à Pio 5. Sarnensis episcopus in regno Neapol. & postmodum per Gregorium 13. inde translatus & Imolensi præfatus ecclesiæ. In qua sede, vti & in prima, præstat quæ pastoris optimi munia sunt, ac suæ inculpate vitæ exemplo, & verbo vitæ oues Christi sedulo pascit.

**B** Tres alij occurrunt, quibus est idem nomen Vincentius commune, sed vnus de Monte-regali cognominatur, alius de Ciprano, alter verò de Lugo: & primus episcopus est Salmonensis ecclesiæ, secundus. Sarnensis Antistes, tertius verò episcopus S. Agathæ. omnes tres viri plurimum venerandi, & pastores vigiles.

**C** Frater Bartholomæus de Lugo claret episcopus Ternësis (Ternum ciuitas est in Marchia Anthonitana) vir veneratione multa dignissimus, nõ solum quia præcipuus Lombardiæ theologus, aut ex eorum collegio vnus, & pastor optimus habetur; sed etiam quia suauitate morum & humanitate etiam nunc Antistes existens tantus esse dicitur religiosorum cuiusvis ord. amator, vt & censuris interdum prohibuerit ciuibus, religiosos quosuis illuc declinâtes hospitio excipere, vt cuncti qui aduentassent, ad eum diuerterent, & hospitalitatis obsequia in illius domo illis omnibus præstarentur.

**D** In Portugallia serenissimus rex Sebastianus fratrem Ferdinandũ de Tauora, & fratrem Henricum de Brito, carnales Germanos fratres ad

pontificales sedes deligit, illum pro Lignaria insula, hunc verò in Indiis Cochiniensis ecclesiæ antistitem. Qui postmodum ex illa sede ad Archiepiscopatum Guoensem fuit translatus. Viros ergo illos religione præstantes, & prudentia multa præditos, hæc nostra suscipiat decas.

Frater Hieronymus Vielmius, natione Venetus, episcopus Emoniensis, frater Hieronymus Politius, patria Cremonensis, episcopus Treuichanus, frater Gregorius Galonius Mantuanus Antistes, frater Ioannes Maria Taparellus à Lignasco, frater Benedictus de Mantua, Casalensis ecclesiæ Montis-Ferrati præsul, & frater Antonius Maltenis in regno Neapolit. episcopus de Vicho, omnes viri sunt grauitate morum egregij, & in pastoralis exequendo munere studiosi.

Frater Sixtus de Como Mutinensis episcopus in Lombardia, frater Cyprianus Vilenis etiam episcopus in regno Poloniæ, frater Godofridus à Mierle in Belgio Harlemonensis Antistes, frater Antonius Balducius à Forliuio ex generali commissario inquisitionis Romanæ ad Treuichanũ præsulatum assumptus, & frater Petrus Martyr Aragonensis, ecclesiæ Elnensis Antistes, omnes vti lucernæ super candelabra positæ vt cunctis ingredientibus luceant, etiam verbo & vitæ probæ exemplo suas oues pascendo cunctos illuminant.

In prouincia Aragoniæ frater Martinus à Mendoza primò Derrufanæ ecclesiæ factus Antistes, fuit inde ad Palentinam translatus sedem, & ex hac vltimò ad Cordubensem ecclesiam, vt audiui, vir multarum virtutum animi splendore clarus, Deo & hominib<sup>9</sup> vbique acceptus & gratus,

314 CHRONICON FR. ORD. PRÆDIC.  
ac in suo obeundo munere dexter & diligens. De  
quo id rarum & insigne audiui referri, quòd cum  
suam priorem ecclesiam deberet relinquere, & ad  
secundam transire, quæ in illa existens pararat for-  
san argentea vasa seu aurea in suos vsus suæ anti-  
quæ Dertrusanæ ecclesiæ, relinqui mandauit, mi-  
nùs consonum arbitratus, vt quæ ex illa ipsi accre-  
uerant, alicui alteri accederent.

Beatorum sedes. 1570.

A **A**Nno 1572. die 12. moritur ser-  
uus pont. ex ord. prædicat assumptus, vir vitæ san-  
ctitate magnus, qui & adhuc viuens nonnullis  
miraculis coruscasse fertur.

B Anno 1576. die 3. Maij obiit Romæ in conuen-  
tu nostro super Mineruâ frater Bartholomæus de  
Miranda Archiepisc. Toletanus, non sine multis  
sanctimoniz vitæ indiciis, tamen quæ in eum ex  
sanctæ inquisitionis officio fuere imposta, aliud  
de illo sentire suadebant. Neque vllò modo am-  
bigendum videtur, quin illius causa fuerit exactè  
discussa, & per beatissimum D. nostrum Papam  
Gregorium 13. de consilio confratrum suorum  
Cardinalium iudicata.

In prouincia Occitana obiit veneno sibi ab hæ-  
reticis propinato frater Guillelmus Brelianus sa-  
cræ theologiæ Baccalaureus, conuentus nostri  
Tolosani, & frater Guillelmus Bruni diuini verbi  
gratia insignis. Qui in obsidione cuiusdam oppidi  
ab hæreticis obsessi, vitam pro Christo amisit.

Authorum & voluminum Catalogus, ex quibus  
ad hoc nostrum chron. ordinis, & illius biblio-  
thecam conficiendam præsidium habui, præ-  
ter hoc quòd bibliothecas complures, tum pri-  
uatas, tum publicas consului, & sedulò inspexi.

D. Antonini partes historiales.  
D. Vincentij Beluacensis speculum histor.

Tritemius de script. ecclesiasticis.

Bibliotheca Sancta Sixti Senensis.

Abbreviator Gesneri.

Thomas Fazelus de rebus Siculis.

Martinus Cromerus de rebus Polonorum.

Onusij chronicon ecclesiasticum.

Eiusdem liber de Cardinalibus.

Ioannes Cocleus de rebus Hussitarum.

Prateolus de viuis & sectis hæreticorum.

Cosmographia Munsteri.

Supplementum Chronicorum.

Gerson cancel. Parisiensis.

Silvester à Prierio in euangelia.

Blondus Forlius.

Arn. Pont. Burdeg. Chronicon.

Matthæi Vilani historia, italicè scripta.

Ralmerij historia. vel Chronica.

Augustinus Dathus.

Monimenta ord. nostri per aliquos in sex volumina  
congesta, quæ habentur Mediolani in conuentu  
nostro S. Mariæ gratiarum.

Liber qui dicitur vitæ fratrum ord. prædicat.

Liber recollectus ex patribus, &c. ad probandum  
quod B. virgo fuit concepta in origin. peccato, &c.



nollam tamen. f. 133. l. 13. certissimo, adde, fe. 134. l. 1. & illum, lege, n.  
 plur. f. eodem, l. 7. temporis, lege, temporum. t. eodem, l. 18. credite  
 quam lege, credo quod d. f. 138. l. vltima viuat, lege, viuant. f. 145. l. 1.  
 ciferat, lege, offerat. f. 147. l. 10. dicemur, lege, die cinerū. l. pen. frater, M.  
 Chroni, lege, frater. N. Chromer, fol. 148. lin. 14. pungens aliuū lege, pingu  
 aliuū. fol. 149. lin. 1. vltimus & frater Stephanus Sifuntius, corrige, vltimus  
 & frater Stephanus Sifuntius lin. 19. mercator, lege, mercato. fol. 151. lin. 1.  
 Vicinius, corrige, Vicharius. fol. 154. lin. 9. Antilles, ad d. e, hic infero que ibi  
 habentur in margine. fol. 160. lin. 20. x sequeat. Sic dicitur, scilicet, fratri  
 Nicolai Gorranj natione Galli, fratres Raineri Pisanj, & fratres Guilelmi  
 Malleberch, corrige totum sic, scilicet frater Nicolaus Gorranus natione  
 Gallus, & frater Rainerus Pisanus, & frater Guillelmus Nasseberch. fol. 160.  
 lin. 8. ante fin. poterunt lege, poterat fol. 161. lin. 9. invidia, lege, inuida. lin.  
 11. per octā, lege, per octo. fol. 161. lin. vltima Huganus, lege, Logan. fol. 165.  
 lin. 15. Etruciz, lege, Etruriz. fol. 16. lin. 4. ane fin. quam, lege, quod. fol. 169.  
 lin. 4. que autem, corrige, quas autem. eod. fol. lin. 2. debeant lege, debeant  
 fol. 171. lin. 8. ante fin. iunctiones, lege, functiones. fol. 172. lin. 15. dicitur. lege,  
 dicitur. fol. 173. lin. 4. indagator, lege, indagator. fol. eodem lin. 1. non potue  
 rit, lege, vir potuerit. fol. 179. lin. 14. noluerant, lege, voluerant. lin. 22. exora,  
 lege, antea. fol. 180. lin. 17. cui, lege, qui. fol. 182. lin. 15. & vel in aliquo, lege, vt  
 vel in aliquo fol. 183. lin. 11. ante fin. recudi, lege, reduci. fol. 183. lin. 11. hospiti  
 ra, lege, hospiti. fol. eodem lin. 12. manere. ad d. e, permittamus. fol. 197. lin. 8.  
 Lemouicis, lege, Lemonicis. fol. 194. lin. 4. ante fin. decadal. ad d. e, istum bea  
 tum hic colloco eorum sequens opinionem qui cum huc attinere arbitran  
 tur, eū tamen iam anno domini. 1260. eum inter beatos collocarim. fol. 204.  
 lin. 7. que quidem, lege, quos quidem. fol. eodem. lin. 10. redige, lege, redigi  
 fol. 207. lin. 14. his, lege, is. fol. 211. lin. 6. ante fin. videatur, lege, videntur. fol.  
 226. lin. 5. Zelotillinus, lege, Zelotissimus. fol. eod. l. 19. similes s; dele, s; & ab  
 de, cupientes vt hic. fol. 231. lin. 14. Eluensem, lege, Elinensem. fol. 234. lin. 8.  
 huius virginis est putanda, leg. huius virginis putatur ab aliquibus. fol. eod.  
 lin. 3. ante fin. illius inueniamur legenda, corrige, in illius inueniatur legenda.  
 fol. 235. lin. a. quorundam, lege, quarundam. fol. 236. lin. 8. consequuntur, adde,  
 ostineant. lin. penult. in Medina Campi, lege, Metinæ campi. fol. 237. lin. 16.  
 Nideor, lege, Nider. fol. 238. lin. 6. & postea illo, lege, ab illo. fol. 240. lin. 9. de  
 Silica, corrige, de Silua. fo. 242. lin. 10. Valisotanie, lege, Valisolerani. lin. 19. an  
 nexit, lege, annexit. fol. 245. lin. 2. priori, lege, prior. fol. eod. lin. 4. iudicans,  
 lege, iudicat. fol. 245. lin. vltima autem hunc, lege, autem tunc. fol. 247. lin.  
 2. procuratorum est, lege, procuratum est. fol. 251. lin. 1. de Iesu, adde, in  
 Portugallie regno. fol. eodem lin. 17. cis filie, lege, eius filie eiusdem. fol.  
 259. lin. 21. per generales & alias, lege, per generales sed per speciales, vel  
 alias. fol. 263. lin. 9. Nam in hac, lege, Num in hac. fol. eodem lin. 7. ante  
 fin. siue in parentum, lege, siue in parentium. lin. 3. ante finem, huius decal  
 dis, adde, vel sequentis. fol. 265. lin. 20. & humili, lege, ex humili. lin. 6.  
 ante fin. vltima Bononiensis, corrige, conuentui Bononiensis. fol. 266. lin. 3.  
 personas que, dele, quæ. lin. 6. etsi eorum agros, lege, etsi eorum aliqui  
 agros. fol. 268. lin. 11. ante fin. postea Conuenfis, corrige, Conquensis. fol.  
 270. lin. 5. ante fin. Hispalensis, adde, fuit quod. fol. 271. lin. 19. Andreas  
 Portugalla, lege, Andreas Portullaga. fol. 271. lin. 18. Meritonensis, corrige,  
 Meritonensis. lin. 19. Hochus, lege, Horhus. fol. 273. lin. 18. Modonen  
 sis, dele quod sequitur, scilicet, antequam in Turcarum dominium ciuitas  
 illa deuenisset, fol. 283. lin. 20. nominatum, lege, nominatum. fol. 288. lin.

ante fin. vt tales, lege, vt talis. lin. penultima, pulsatis, lege, pulsatus. fol.  
 289. lin. 4. multa dicendi, adde, vis & energia. fol. 291. lin. 18. ecclesie in  
 ho, corrige, in loco. fol. 292. lin. 18. de Auairo, adde, & missus ad Indias  
 orient. fol. 293. lin. 6. ante fin. clericos, corrige, clericis. fol. 294. lin. mo  
 nasterium erexit, lege, monasterium erexit. lin. 19. partibus, corrige, par  
 tialiter. fol. 295. lin. 16. natione, corrige, ratione. fol. 297. lin. 19. Matos, corri  
 ge, Matos. fol. 298. lin. 8. ante fin. Oponiens, corrige, Oxoniensis. fol. 301.  
 ante fin. ante finem, Hurtado, corrige, Hurtado. fol. 302. lin. 6. ante fin. con  
 senter renuit, adde, acceptare. fol. 303. lin. 7. meremordinis, adde, pro. fol.  
 304. lin. 15. in partibus, adde, tassa & de lin. 16. aueraxerit Deus, adde, scri  
 bant & vltim illis. fol. 308. lin. 9. literat rerum, corrige verum. lin. 13.  
 illam, corrige, illam. fol. eodem lin. 17. ditam, corrige vitam. fol. 309. lin.  
 6. ante fin. Cuz quia, corrige, Cuzquia. fol. 311. lin. 8. ante fin. opportuna,  
 adde, sunt. fol. 315. lin. 13. celebrioris, corrige, celebrioris. fol. 323. lin. 2.  
 Caraque frater, dele atque, & lege, hi sunt. fol. 323. lin. 7. Tunus, lege, Ca  
 rague. fol. 325. lin. 7. lazia, corrige, lucia. fol. 326. lin. 3. postea illi, lege, po  
 stea pr. sultati illi. fol. 326. lin. 20. accepit interramni, corrige, accepit in  
 provincia interramni. fol. 329. lin. 11. regis & corrige, regis est. lin. 12. &  
 secundum annas, corrige, magellans regi, dele. fol. 331. lin. 12. ante fin. secundum annas, corrige,  
 secundum annas. fol. eodem. lin. 11. misere, corrige, misit. fol. 331. lin. 8.  
 Damirnis a ligno, corrige, Damianus a ligno. fol. 333. lin. 17. omnis &  
 corrie. tmis est.

FINIS.